



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Liber I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER PRIMUS.
TITULUS I.

De Origine Beneficiorum.

SUMMARI A.

- 1. Origo Beneficiorum , Religio erga Deum.
- 2. Est ea juris Naturalis. Quare.
- 3. Sacrificia quando nata.
- 4. Ob quas causas introducta.
- 5. Sacrificare quid.
- 6. Qui primum sacrificaverunt.
- 7. Qui fuerint Sacerdotes ante & post Moysen.
- 8. Qua ipsis relicta.
- 9. Ethnicorum veterum & modernorum Sacrificia: & Sacerdotes.
- 10. Quam curam habuerint cum Sacerdotibus suis Ethnici veteres.
- 11. Quam hodierni.
- 12. Quam Ecclesia Christiana Antiqua & Hodierna.
- 13. Bona habuit Christus.
- 14. Habuerunt Apostoli; Et undè.
- 15. Cur Christiani Bona sua contulerint in commune vendiderintq; immobilia.
- 16. An ad bonorum communicationem fuerint adstricti.

[A] 2

17. Post

ITUS
SONIS
Ecclesiast

IV.
Z

- 17. *Post tempora Apostolorum ceperunt bona immobilia tradi Ecclesiis Matricibus, ut ex eorum fructibus alerentur offerentes & egentes.*
- 18. *Qui fuerint praeipue liberales erga Ecclesiam Romanam.*
- 19. *Cur Ecclesiis accesserint Principatus.*
- 20. *Quare Ecclesiis oblationes fecerint Christiani, cum Principes, tum alii.*
- 21. *Unde excreverint Ecclesia opes in immensum.*
- 22. *Qui eas habuerint in sua potestate olim, & quomodo.*
- 23. *Quomodo debuerint distribui.*
- 24. *Numerabantur inter pauperes. Ecclesia Praepositi: sed non omnes.*
- 25. *Qui dispensandi modus postea Episcopus praescriptus.*
- 26. *Antiquatus: Originis Beneficia.*
- 27. *An Beneficiatus possit de Beneficiorum fructibus disponere & transferri.*
- 28. *Quae hic Principum Sacularium auctoritas.*
- 29. *Quid statuerint circa Bonorum administrationem Concilia.*

CORV
De Per
et Benef
G

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

bit; Apud nos veritas argumentum est aliquid omnibus videri, tanquam Deus esse inter alia hoc colligimus, quod omnibus de Diis opinio instita est, nec alia gens usquam est adeo extra Leges, moresq; projecta, ut non aliquos Deos esse creatat: Secundò; Quia creatura ipsa earumque consideratio, esse quoddam summum numen, summam causam, eumque verum Deum, qui hæc omnia fecit & conseruet, docent: ut docet Job cap. 12. vers. 7. & seq. & liber Sapientia cap. 13. vers. 5. Dicit D. Paulus epist. 1. ad Corinth. cap. 13. vers. 12. Videmus, Deum (in creaturis) tanquam in enigmate. D. Prosper lib. de vocatione Gent. cap. 1. Tanquam in volumine magno, cuius pagina sunt elementa D. Bernardus libro de considerat. dicit, & per illas ascendimus ad Deum tanquam per scalam. D. Augustinus libro de Spiritu & littera, ait; Eos qui non cognoscunt Deum per creaturas, detinere veritatem in iniquitate, & veluti comprimere fauces earum; ut quod, ut Idem habet, lib. 7. confession. cap. 13. omnia condita laudent Deum: D. Ambrosius ad epist. ad Romanos cap. 2. inquit probè; Ipsa natura proprio iudicio Creatorem suum cognoscit, non per legem, sed per rationem naturæ; Opus enim Opificem cernit in se; Cicero de respons. Hæc sic; Quis est tam vecors qui, vel cum suspexerit in calum, DEUM esse non sentiat? & ea quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla orationem rerum atq; vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet.

Cum Religione & cultu Dei statim ab initio nata fuere sacrificia, 3
 tum publica, tum privata; cap. 4. Genes. Dicit Aristoteles lib. 5. Et hic. cap. 7. sacrificare quidem capra, vel ove, esse juris proprii alicujus Civitatis, & consequenter Civilis; sacrificare autem in genere esse Juris Gentium Naturalis.

Introducta sacrificia maximè tres ob causas; 1. Nempe ut honoris & laudis divinitati debita signaretur testimonium: 2. Ut beneficiorum acceptorum haberentur gratia; & postularentur necessaria: 3. Urrepellerentur noxia. Petr. Gregor. in Institution. de Benef. cap. 2. num. 2.

Sacrificare autem nihil est aliud, quam Deo offerre munera: vel brevius. Sacrificare est officium quod rei divinae faciendæ causa impenditur. Plato in Eutryphone.

Primum Deo Sacrificium, secundum Hebræos, Deo obtulit primus

[A] 3

mus

INUS
 SONIS
 Ecclesiast

IV.
 Z

mus homo Adam; & quidem bovem; ritumque illum in Spiritu
 cui Filios suos. Obtulit Cain agricola è fructibus terra munera Deo.
 Abel pastor ovium, de primogenitis gregis sui & de adipibus coram
Genes. 4. Dehinc Enoch filius Seth, aliis rebus seculi operam navavit
 bus, nomen Domini invocare coepit publicè, & religionis Sacerdotum
 & cultum profiteri & exercere publicè. *Gen. 4.* Nec non post diluvium
 ædificavit Deo altare, & sacrificavit de cunctis pecoribus, volucribus
 animalibus mundis. *Genes. 8. vers. 20.* Melchisedech, Rex Salem, obtulit
 Domino panem & vinum; *Genes. 14. vers. 18.* D. Paulus ad Hebræos
cap. 7. vers. 3. Joseph. lib. 6. Belli Judaic. cap. fin. Abraham ædificavit
 peregrinatione sua, inter Bethel & Hay altare Domino, & invocavit
 nomen Eius: *Genes. 12. vers. -- & 13. vers. 4.*

7 Dicit D. Hieronymus in *traditionib. & epist. ad Euagrium*, & cre-
 sentiunt Hebraei, à Noe usque ad Aaronem, Sacerdotes & Pontifices
 fuisse omnes primogenitos. Moyses iussu Dei religionis cultum ordi-
 navit, certos delegit & ordinavit Sacerdotes & ministros; determi-
 nit sacrificia, tabernaculum, altare, oblationes: *Exod. cap. 8. cum seq.*
usq. ad 31. & serè per totum Leviticum. & princ. Numeror.

8 Sacerdotibus illis, post ingressum populi in terram promissionis
 & divisionem ejus factam, relatæ illis fuere primitiæ & decimæ con-
 sum & oblationes: *Num. 18. & 34. Josua 14. Ezechiel. 44. c. causæ Co-*
pens. de verb. signific. can. 1. caus. 4. qu. 4. c. prohibemus. de decim. Sa-
 rum etiam quid ex sacrificiis deberet esse Sacerdotum. *Levit. 2. vers. 3.*
& 7. vers. 6. & 10. vers. 3. & 24. vers. 9.

9 Imitati hoc fuere Idololatræ Ethnicæ; Quanquam enim veri De-
 notio ex Idololatorum mentibus exulasser, atramen ea quæ erant reli-
 gionis, retenta sunt in superstitione. Veteres alii pro sacrificio offer-
 bant Deo bonam & gratam voluntatem, preces, laudes, hymnos,
 Odas: alii thura, fruges: alii animalium victimas; ut Baccho caprea
Ovid. 2. de Ponto. vel asinum; Plinius histor. natural. lib. 24. cap. 24.
 Cereri porcam; Dianæ cervam; Isidi anserem; Soli equum; *Ovid.*
1. Pastor. Immolabant Diis suis nonnulli taurum, gallum, oves, arceos,
 porcos; imò & homines; ut olim Chii, Arabes, Schyæ, Phœniciæ,
 Galli, & similes, de quibus vide *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 5. & 7. lib. 3.*

CORV
 De Per
 et Benef

G

cap. 6. *Alexand. ab Alexand. Genial. Dier. lib. 6. cap. fin.* & Patrum notiorum memoria ante Hispanorum appulsum, Peruanis, Mexicanis; adhuc Tartari, qui Magno Cham; Indi qui Magno Calamihan habuerunt; aliique. Alii offerebant, & adhuc offerunt, spolia, vota, alve in sacrificium & in cultum munera, secundum ritus & placita vel propria, vel publica. Habuit & habet adhuc unaquaque Gentilium ratio in sua superstitione Sacrificulos, Sacerdotes, sacrorumque ministros. Ethiopes, Phoenices, Phryges, habebant suos, habebant & suos Graeci; *vid. Jul. Polluc. lib. 1. Onomastic. cap. 18.* Romani habebant suos Flamines, Dialem, Martialem, Quirinalem, Criminalem, Vulcanalem, Carmentalem, &c. Sacerdotes, Potitios, Pinarios, Arvales, Augures, *Livius lib. 1. Dionys. Halicarnass. 2. Salius, Idem lib. 12. Plutarch. in Numa.* alios; Habent adhuc hodie Indi suos Bramines, Gregos, Talagregos, Rolims, Nee pois, Bicos, Sacureos, Chanfarauhos; Chineses suos Calagregos, Menigregos, aliosque; Japonenses suos Jangos, Jammahoos; aliique Barbari suos.

Cum Sacerdotibus habuit, etiam superstitione curam Illorum, ut in sacrificiorum: Refert Aristoteles *lib. 7. Polit. cap. 1.* Sacerdotibus fuisse circa templa commestationes institutas: Herodorus *lib. 2.* Aegyptios Sacerdotes nihil ex re domestica, omnia ex publico impendisse: *Dion. Halicarnassus lib. 2.* Romanis Sacerdotibus annonas datas ex publico, certosque redditus collegiis Sacrificulorum fuisse distinctos: *Plinius histor. natur. lib. 12. cap. 14.* Sacerdotes Arabiae, ex thure, quod in Arabia defertur, Sabotham nomine Dei sui, Sabin dicti, certam menturam accepisse: *Et d. lib. 12. cap. 19.* Sacerdotes Aegyptios cinamomi decimas accepisse. *Et lib. 8. histor. natur. cap. 2.* Vereres Romanos vina aut novas fruges non degustasse, priusquam Sacerdotibus primitias libassent.

Eandem Sacerdotum curam habet adhuc hodie superstitione; Indi in suis Sacerdotibus redditus dant plusquam regios; Chineses alunt eos ex publico: Japonenses, ut & in India Siamenses, Sacerdotes, aliique habent certos redditus ab Imperatore, aliique sustentantur ex Eleemosynis plebis.

Si Sacerdotum curam habuit Lex Testamenti veteris, si Ethnica 12 Super-

itus
sonis
Ecclesiam

IV.
Z

Superstitio; majorem habuit largiendo iis & Ecclesiis bona Antiqua Ecclesia Christiana, & habet Hodierna. Sed, ut hoc intelligatur melius, Bonorum quae Ecclesia possidet origo, finis & usus à Christi & Apostolorum eius temporibus sunt deducenda.

13 Habuit, ut testatur Sacra Historia, Servator Noster, facultatem aliquas, sed pertenuas: ita ut saltem non teneretur mendicare; quod nonnulli, propterea damnati, asserere non dubitarunt: *cap. cum nonnullis. 4. cum seq. de verbor. significat. in Extrav. Johan. 22.* Solent enim Dominus pecuniam sibi oblatam aut quoquo modo quaerentibus diligenter custodire, ut ex ea tam sibi, quam sectatoribus & comitibus suis compararet & victum & vestitum *D. Joan. 13. vers. 29.* Dicit Augustinus; *Habebat Dominus oculos à fidelibus oblatam conservans, & pro eorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. can. habebat. 12. qu. 1.* Tribuebat enim eis exigua, sed sufficientia sine inopia; admonere quoque ut, in Deo spem solam ponentes, non essent solliciti de rebus temporalibus, ut nihil possiderent, nec etiam deferrent peram, non aurum, non argentum in zonis, non haberent duas tunicas, non virgam; sed sicut certo nutriendosiri, cum mercenarius mercede sua sit dignus: *D. Mattheus cap. 10. vers. 9. D. Lucas cap. 9. vers. 2.* Verum dixit eis *D. Mattheus cap. 6. vers. 31. cum seq. Nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur, haec enim omnia gentes inquirunt. scit enim pater vester caelestis; quia his omnibus indigetis. Quae sunt enim primum regnum Dei, & haec omnia adjicientur vobis. Nolite igitur solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit enim diei malitia sua.* Sed dixit hoc non, ut nihil pecuniae servetur à sanctis, sed ne propter ista serviatur, & propter inopiae timorem justitia deferatur. *d. can. habebat. 12. qu. 1.*

14 Formam ergo pecuniae Ecclesiasticae primus instituit Christus. Et mortuo & in caelum sublato, Apostoli, & Discipuli, Cultoresque eius non mediocrem leguntur possedisse pecuniae vim, adeo ut quamvis eorum numerus esset ingens, tamen inter eos nemo reperiretur egenus. Qui catechizabatur in fide, communicabat in omnibus bonis ei qui eum catechizabat: *D. Paul. ad Galat. 6. vers. 6.* Qui altari serviebat, alteri vivebat: *D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 9. cap. cum secundum Apolloniam.*

Corv.
De Per.
et Benefic.

G

...am. 16. de prebend. Fiebant etiam collectæ elemosynæ ex diversis regionibus, qui distribuenter & mitterentur his qui egerent: *D. Paul. d. epist. ad Galat. 2. vers. 10.* Imò, ut scribit *D. Lucas Actor. 4. vers. 32.* *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Et quotquot erant possessores agrorum aut domorum, vendentes afferbant pretia, & ponebant ante pedes Apostolorum, qui distribuere oblata, per Diaconos juxta necessitatem cujusque. Idque secundum præceptum Dei, *Deut. 15. vers. 4.* ubi, *Omnino indigens & mendicis non erit inter vos.*

Eadem referuntur à Clemente, qui illis temporibus fuisse creditur; in epist. 5. *relata in can. Dilectissimis. 12. qu. 1.* qua fratres & condiscipulos suos ad bonorum communicationem hortatur.

Quod autem maluerint primi Christiani ex prædiorum venditione nec conficere pecuniam, quam retinere ea, & ex eorum fructibus se ipsos alere, Melchides Papa, *can. futuram. 15. d. caus. & qu.* id factum scribit, quia cum futuram Ecclesiam in Gentibus viderent, prædia & possessiones in Judæa adipisci utile non putaverunt.

Nec Christiani ad istam bonorum communicationem adstringebantur Lege aliqua, f. ciebant id ex libro piæ voluntatis proposito, nunquam ex promissione, ac voto intercedente: Intelligebant satis, eam à Christo non fuisse præceptam, & proprietatem dominiorumque distinctionem, quæ hominum rationem naturalem sequentium consensu recepta, nec Divino Juri, nec Christianæ religioni esse repugnantem. Ea siquidem est hominum corruptio & improbitas, ut humana societas retineri & conservari nequeat commode, Platonicâ inter homines indiscriminatim constitutâ communione. Si qui tamen affectu illo mutuo & charitate, quam nobis commendavit & præcepit Christus unice, ita ducantur constantissimè, ut non modò ulro conferant facultates, sed operam quoque suam, laborem, industriam, eorum absque dubio in hac æquabilitate & rerum omnium communicatione vita futura erit jucundissima & felicissima. *vid. Duar. de Sacr. Eccles. Ministr. lib. 2. cap. 1.*

Ideo autem dominiorum proprietas & distinctio probatur Jure
[B] Gen-

INUS
SONIS
Ecclesiast

IV.
Z

Gentium, cui minime refragatur religio nostra, quia obtineri ab hominibus non creditur in tantis eorum vitis, ut sine fraude & discordantia perseverent in communionem. Proinde cum Ananias & Sapphira retinissent agri venditi pretium, parte tantum ad Apostolos per Ananiam delatâ, D. Petrus non damnavit illum eo nomine, sed quod dolo effecti, & simulatione ac mendacio usi. *Anania*, inquit, *cur implevit Sathanus cor tuum ut mentiretur Spiritui Sancto, & fraudares de pretio agri? Num profus tibi manebat, & vendidatus erat in tua potestate? Actuum.*

Et hæc fuerunt prima Ecclesiæ Christianæ temporibus Apostolorum incunabula, & divitiarum ejus, earumque status & usus.

17 Post eorum tempora, cum Christianorum numerus intra viginti aut triginta ad summum annos per universum Orbem esset dispersus, *Irenæus in 1 Justinus advers. Tryphonium* & viderent utilius fore, si hereditates & agros quos vendebant, traderent Ecclesiis, quibus prædicti Episcopi, eo quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quam temporibus futuris, plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communitatem vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum; ceperunt prædictos agros quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & sumptibus eorum vivere. *can. videntes. can. expedit. can. duo sunt. caus. 12. q. 1.*

Ex eo igitur tempore certatim unusquisque pius & fidelis prædictas & possessiones dabat Ecclesiæ; ex quorum fructibus non solum ministri, sed & alii egentes alerentur.

18 Ac præ cæteris Imperatoris Constantini celebratur liberalitas Ecclesiis; *can. Constantinus. dist. 96. can. futuram. 12. q. 1. 1. C. de SS. Eccles.* Nulli tamen plus contulerunt Ecclesiæ Romanæ, nec magis potentiam auxerunt, quam Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Francorum Reges, & Romanorum Imperatores. Pipinus ad Apostolicam donavit Ravennam cum Exarchatu toto; *Anastasius Biblioth. in Stephano 3. loquens de Faltado Abbate; dicit; Ipsa est tam Ravennatum Urbis, quam diversarum Civitatum ipsius Ravennatum Exarchatus, una cum supradicta donatione de his à suo Rege (Pipino) emissa, in Confessione B. Petri ponens: Eidem Apostolo, & eius Vicario Sanctissimo Pape, atq; omnibus ejus Successoribus, Pontificibus perenniter possidendas atq; disponendas tradidit.* Carolus Magnus, *can.*

CORVINUS
De Per
et Benefic.

G

tantum renovavit donationem à Patre Pipino factam; sed & auxit. Dicit idem Anastasius eodem loco: & univesum Exarchatum Ravenna-
 tum, sicut antiquitus erat, atq; (legendum usque) provincias Venetia-
 rum & Hystriam, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneven-
 tanam. Fecit idem Ludovicus Pius. ut test. can. Ego Ludovicus. dist.
 67. Donavit etiam Pontificis ditioni Otho Magnus Imperator Civita-
 tem Alderburgum cum Obotritorum ditione omni, usque ad fluvium
 Panin & civitatem Demin. Crantz. lib. 2. Vandalie. cap. 31.

Maluerunt etiam plures se suaque potius subicere Ecclesiæ, ut in
 auzici & matri, quam ditioni & Imperio Principum. Unde tempo-
 rum successu, tot Ducatus, Comitatus, Principatus, quot nunc sunt &
 fuerunt, accesserunt Ecclesiis.

Eo pacto Saxones à Carolo Magno superati, iniquis animis tute-
 runt Imperium, nec quieverunt prius, quam ut Episcopis permitteren-
 tur: Crantz. d. lib. cap. 22. Constitutus & erectis & dotatis propterea
 à dicto Carolo Magno, Sedibus Episcopalibus per Germaniam ferè
 omnibus.

Commemorare possem hic non tantum aliorum Principum, Re-
 gum, Imperatorum, sed & aliorum piorum hominum, beneficia in-
 gentia in ceteras totius Orbis Ecclesias undique collata; sed descriptio
 eius rei iustum desideraret volumen.

Faciebant autem istas oblationes Principes, ut Episcopi populis
 possent conciliare sibi favorem, & honorabiles essent Regulis; ut de se
 ait Otho Magnus: d. loco Crantz. cap. 31. faciebant lidem, ut & alii pii
 homines, in redemptionem peccatorum.

Quale illud est, quod de Hilario Episcopo Arelatensi Prosper me-
 moria mandavit; Nempe eum acceptis fidelium numerosis heredita-
 tibus, mirum in modum locupletasse Ecclesiam: d. can. expedit. 12. qu.
 1. ex quo de cæteris fieri potest conjectura.

Præter istos redditus, præterque decimam partem non fructuum
 modo, sed & negotiationis, quæstus & lucri, de qua postea, & alias
 quasdam largitiones, quotidie in sacro ipso conventu fiebant oblatio-
 nes ad altare. Theodoret. lib. 5. cap. 18. can. omnis. 69. de consecrat. dist. 1.

[B] 2

Non

INUS
 SONUS
 Ecclesiam

IV.

Z

Non ergò mirum, quod nunc omnibus testatum est & manifestum, Ecclesiæ opes excrevisse in inmensum.

De oblationibus Ecclesiæ Romanæ earumque abusu, loquitur Ammianus Marcellinus. *histor. lib. 27. Damasus*, inquit, & Urbes supra modum humanum ad rapiendam Episcopalem Sedem ardentis studio asperimè confluebantur, ad usq; mortis & vulnere discriminis, adjumentis utriusq; progressis, que nec corrigere sufficiens Vincentius nec mollire, vi magna coactus successit in suburbanum, & in concenatione superaverat Damasus, parte, qua ei forebat instante. Constatq; in Sicilia Siceni, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem cadavera reperta peremptorum, efferatamq; diu plebem, æque postea delimitam. Neq; ego abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione latrojugari debere, cum id adepti, futuri sint ita securi, ut dicentur oblationibus matronarum, procedantq; vehiculis insidentes, circumspere vestiti, que curantes profusas, adeo ut eorum convivium, regales superent mensas, esse poterant beati revera, si magnitudine Urbis despecta, quam vitia opponunt ad imitationem Antistiti quorundam provincialium viderent, tenuit ascedendi potandiq; parcissimè, vilitas etiam indumentorum, & precilia humum spectantia perpetuo, Numini verisq; ejus cultoribus commendant & verecundos.

22 Omnes autem hujusmodi obventiones, reditus ac oblationes sua potestate habebat olim Episcopus; *can. precipimus. 12. qu. 1. can. pervenit. 16. qu. 7.* sed ita tamen, ut eas res non dispensaret Ipse ac administraret, sed Diaconis, Hypodiaconis, Oeconomis ac Defensoribus eorum dispensationem distributionemque committeret, qui administrationis suæ postea Ipsi redderent rationem. *can. Episcopus. d. c. 12. qu. 1. can. nobis. 12. qu. 2.*

23 Distribui debebant, præcipuè pauperibus quorum ingentem numerum alere solebat Ecclesiæ; unde & bona Ecclesiæ passim in veteribus canonibus dicuntur patrimonium pauperum. *can. 49. quis iuxta. 16. qu. 1. can. convenior. 23. qu. 8. vid. can. sicut ii. in fin. dist. 47.* D. Augustinus *sermone 219. de tempore. can. 66. decima. 16. qu. 1.* eos qui decimas non persolvunt, tot homicidiorum reos futuros, ait, quot pauperes in-

Corvinus
De Per
et Benefic
G

memortui fuerint, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus
 relevant. Divus Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 28. inquit, *Aurum Ec-*
clesia habet, non ut servet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus.
Quid est opus custodire quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri
& argenti de templo Domini Assirii sustulerunt? Nonne dicitur est Do-
minus, cur passus es tot inopes fame mori? certum habebas aurum, unde
ministrasses alimoniam; &c. can. 70. aurum. 12. qu. 2. D. Hieronymus
ad Nepotian. de Vita Clericor. scribit; Gloria Episcopi est: pauperum ino-
pe providere: ignominia Sacerdotis est propriis studere divitiis. can. gloria.
71. d. can. & qu. Et Idem ibid. vers. amico: Amico rapere quidpiam fur-
tum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est; accepisse pauperibus erogan-
dam, & surientibus plurimis, illud reservare vel cautum esse velle, vel ti-
midum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium
peccatum sceleritatem superat. Sunt enim bona Ecclesie Christi patri-
monium. c. cam ex eo. § 3. §. nos super. de elect. in 6. & dominium eo-
rum penes Deum.

Inter pauperes quibus eorum debetur usus, & numerantur Eccle-24
 24. Prepositi, cum & ii proprium non habeant. d. can. expedit. 12. qu.
 1. Proinde id in can. fin. quoniam quicquid. 16. qu. 1. distinguitur, ut ita
 participare debeant in bonis Ecclesiasticis Prepositi, si aliunde nihil ha-
 beant, non aliter; additurque sententia, Ecclesiasticis valde timenda, ex
 D. Hieronymo ad Papam Damasum; *Qui bonis parentum & opibus su-*
stantari possunt, si quod pauperum est (de bonis agit Ecclesie) accipiunt,
sacrilegium incurrunt & committunt; & per abusionem talium, iudicium
ibi manducant & bibunt. Consonat can. Clericos. 1. qu. 2. Dicit D.
Proper lib. 2. de vita contemplativa cap. 9. & 10. in can. 7. pastor. Ecclesie.
d. c. 1. qu. 2. & Concilium Aquisgranense can. 107. quod Pastor Ecclesie
his quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud
sibi habentibus dare, quam perdere. Et quod nec illi qui sua possiden-
tes dati sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victu-
sus erat, accipiunt; &c. Dicit D. Augustinus in epist. 50. ad Bonifacium
relata in can. 3. quod autem nobis. 23. qu. 7. bona Ecclesie esse pau-
perum, & Prepositorum, si pauperes sint, & ut compauperum:
*Verba eius sunt; *Quæ tamen bona, si pauperum compauperes su-**
nt, & nostra sunt & illorum. Si autem privatim quæ nobis sufficiant, pos-
 [B] 3 sidemus,

INUS
 SONUS
 Ecclesie

IV.

sidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem modo gerimus, non proprietatem nostra usurpatione damnabili vendicamus.

Videant & Ecclesiastici quid de bonis Ecclesie ab illis possidentiat D. Chrysostomus *inc. 26. D. Matth. homil. 86.* Legimus apud Sozatem *lib. histor. 8. cap. 12.* Chrysostomum Episcopum nihil pro se duos panes pro victu, singulis diebus ex bonis Ecclesie accepisse.

25 Porro ex dictis patet ecclesiasticarum facultatum dispensationem Episcoporum arbitrio fuisse commissam olim. Verum ob cupiditatem quorundam parum recte ac sincere administrantium nonnulla nones veteres ipsis prescripserunt dispensandi modum & rationes. Nempe ut fiant tam oblationum, quam aliarum quarumcunque oblationum, partes quatuor. Quarum; Prima distribuatur pauperibus Altera Clericis officio divino vel ministerio laborantibus; Tertia ad fabricam Ecclesie, & ad eam sartam rectamque habendam; Quarta retineat Episcopus hospitalitatis exercenda causa. *can. volu. can. Vulturana. can. concessio. can. quatuor. can. de redditibus. 12. qu. 2. can. P. l. lum. 16. qu. 3.*

26 Causa profecto iustissima: sed, ut est humanarum rerum ordinatio nunquam in eodem statu permanentium, hac rerum communium distributio, ad extremum profus antiquata & sublata est, ac nihilominus singulis certi adjuncti & assignati redditus, quibus ministri fruuntur, quam re propria: eosque ipsi dispensent atque administrent arbitrio suo sine ullius aut Diaconi opera, aut Episcopi auctoritate: & hos rebus ministeriis attributos hodie vulgo appellamus *Beneficia.*

Quam partem abstulerint pauperes, in hoc, ut ita dicam, imperio Duarenus *d. tract. lib. 6. cap. in fin.* familiae circiscunda iudicio, nondum plane compertum est.

Saltem considerari deberet intentio eorum, qui largiti sunt bona Ecclesiis: utpote quae secundum eam, si quod iustum est servari expendi debent, nec possunt in usus converti alios. *l. 1. §. 4. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. nisi fortasse ex causa in magis pios. mag. l. legatum civitat. 16. cum seq. ff. de usu & usufr. legato.*

27 Usu tamen hodie receptum, ferè ubique, ut beneficiarii disponent & testari possint de beneficiorum fructibus perceptis. An recte non dicitur

Corvinus
De Per
et Benefic

G

puto hic. D. Augustinus in tract. 50. in Iohannem. cap. 12. relatus in
in. Exemplum Domini accipe. 12. qu. 1. inquit; Exemplum Domini ac-
cipe converfantis in terra. Quare habebat loculos, cui Angeli ministrave-
runt? nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare fures
ampli nisi ut ejus Ecclesia patienter fures toleret? Dicitur in cap. ad hac.
disflament. non posse beneficiatum de fructibus beneficii disponere, ni-
si per viam Eleemofyna: Etiam in favorem pauperum propinquorum;
c. 1. de cohabit. Cleric. & mulier. can. omni scio confitemur. & ibi Gloss. non
autem ob pompam & fastum propinquorum: quia tum & dantes & ac-
cipientes tenerentur ad restitutionem. can. pervenit. 17. qu. 7. In can. per-
venit. 1. qu. 3. Gregorius VII. Episcopus, qui non Sacerdotibus sua Di-
ceces decimas & oblationes dabant, sed Militibus Laicis servitoribus
(siloquitur) &, quod gravius, consanguineis, ponit inter maximos
hereticos & Antichristos & Simoniacos.

Quare non esset hic contemnenda Principis Secularis auctoritas, 28
quibet Imperium à Deo, & ut Christianus debet conservare Ecclesie
bona: per quam caveretur sollicitè, ne bona & redditus Ecclesie venirent
in abulum. Sic olim Rex Judæ Joas, Pontificis Jojadæ consilio, pro-
hibuit Sacerdotibus pecuniam accipere, in templum Dei per Sanctos &
manentes consecratam & oblatam à Populo; neque ex gazophylacio
accipiebatur pecunia ad ulla opera, quin adesset Regis, Scriba & Ponti-
ficis ejus numeratione. 4. Reg. 12. & 2. Paralipom. 24.

Est quidem Principis Ecclesie, Præpositos in suis privilegiis & li-
bertatibus conservare; verum ultra in malis, debet potius urboris Ec-
clesie providere: Republica enim habet curam, & Ecclesia est in Re-
publica, non Respublica sola in Ecclesia; ut ait Optat. Milevit. lib. 3. ad
Parmentian.

Sic & Concilium Generale Chalcedonense can. 26. & Carthagi-29
nense IV. cum viderent Episcopos dispensatione honorum sibi com-
muni abuti; statuerunt Episcopatibus Oeconomos pro bonis tem-
poralibus regendis, Episcopis administratione adempta. Quod & fir-
matum Concilio VII. Generali sub Imper. Justiniano I. vid. can. cum
papas. 9. qu. 3. can. Diaconum. can. volumus, quia. dist. 89. Novel. 6. 7.
& 133.

Cate.

INUS
SOMUS
Ecclesie

IV.
2

Ceterum prohibitio illa disponendi de fructibus Ecclesie, de qua illis non appropriandis, intelligitur de Clericis Beneficiariis habentibus administrationem; non de percipientibus fructus ex Ecclesia ratione mercedis; secund. Gloss. ad c. fin. ad verb. reservari. de offic. Ordin. et aut ratione laboris, aut magisterii. ut not. Gloss. fin. ad can. 12. de quibusdam. dist. 37.

TITULUS II.

De Bonorum Ecclesiasticorum Divisione Vulgari.

SUMMARIA.

1. Bona Ecclesiastica aut sunt Temporalia, aut Spirituality.
2. Temporalia que.
3. Spirituality que.
4. Debentur Divino Jure et Naturali ratione.
5. Hac peperit prestandarum Decimarum necessitatem Judais et Christianis.
6. Cur Judais.
7. Cur Christianis.
8. An hi ab earum prestatione possint eximiri.
9. Papa earum prestationi potest derogare.
10. Ob causam.
11. Cur.
12. Quomodo.

Bonorum Ecclesiasticorum vulgo quedam dicuntur temporalia, quedam spiritualia. Abb. & Dd. in cap. considerare. de mon. c. quando. de judic.

Temporalia vocant prædia & possessiones, que ex præcipuum aliorumque liberalitate obvenierunt; omni religione profana.

CORVINUS
De Per
et Benefic.

G

Spiritualia, decimas & alia id genus, quæ à fidelibus Ecclesiæ offeruntur. Appellatur Divina; quod ea unius Dei benignitati, non cuiusquam hominis munificentia feramus accepta. *Spiritualia* quod præcipue consecrentur Deo & animæ spirituique nostro maxime conferre existimantur: & sunt perpetua.

Debentur Jure Divino: *c. Parochianos. 14. c. tua. 25. c. in aliquibus. 32. in fin. c. tua nobis. 26. c. cum non sit. 33. de decim. Deus eas in signum universalis dominii sibi reddi præcepit: d. c. tua nobis. 26. d. c. cum non sit. can. revertimini. 65. cum seq. 16. qu. 1. can. 5. omnes decimæ. d. caus. qu. 7. Debentur ratione Naturali. Ex ea primus homo filios suos docuit offerre primitias & decimas Domino: *cap. 4. Genes. Abraham dedit Melchisedech Sacerdoti Dei decimas: Genes. 14. Jacob vocit Deo sedaturum decimas: Genes. 28. can. decimas. 16. qu. 7.**

Quæ ratio naturalis quia potuisset obliterari aut in mente hominis obfcurari, Moyses non Gentibus, sed Judæis præstandarum decimarum caterarumque oblationum necessitatem, & quidem ad tempus, lege præscripsit. *Exodi 22. vers. 29. Levit. 27. vers. 30. cum seqq. Numer. 18. per tot.*

Quam necessitatem etiam post Legem sibi propositam putaverunt Christiani. *d. can. revertimini. d. can. decima. 16. qu. 1. Putantes Legem præceptum continentem, non ceremoniale, sed morale, & iudiciale, nec abrogatam esse, nec abrogari potuisse. D. Thomas. 2. 2. quæst. 87. art. 1.*

Ut enim apud *Judeos* fuerunt decimarum genera, earumque unumquodque genus rationem habens suam: *c. 1. de decim. sic & apud Christianos.*

Apud *Illos* primum genus erat, quo Populus Israëliticus omnium frugum partem decimam Tribui Leviticæ, in signum dominii Dei debebat. *Secundum*, quo ex ipsis istis decimis dabant Sacerdotes; *d. Numer. cap. 18. scilicet propter officium & ministerium: Tertium*, quo unumquodque Israelita in suis horreis separabat aliquid, ut comederet in itinere ad templum & Jerusalem, & Sacerdotes, & Levitas invitaret ad convivium; *Deuteron. cap. 12. vers. 17. & cap. 14. vers. 22. cum seq. idque etiam propter Sacerdotum ministerium: Quartum*; quod annis non

[C]

singu.

INUS
SONUS
Ecclesiæ

IV.

Z

• singulis, sed tertio quoque anno recondebant pauperibus. *Deut. d. 14. vers. pen. & ult. & cap. 26. vers. 12. & seq.*

7 Apud *Hos*, Primò; dantur decimæ in signum dominii: *d. de tuano l. is. 26. c. cum non sit. 33.* Secundò; in usum pietatis & rationis ministerii in Ecclesia, quasi contractu Do ut Des inter Populum & Sacerdotes inito. Nam ut ait D. Paulus *1. ad Corinth. cap. 9. vers. 13.* qui altari servit, de altari vivere debet: Et *ead. epist. & cap. vers. 11.* Neque iniquum est, si qui spiritualia nobis seminant, metant temporalia. Æquum enim est, ut Sacerdotes habeant, unde vivant, nec rebus secularibus vacent. ut docent *Clemens lib. 2. constitut. cap. 25. D. Cyprianus epist. 66. can. fin. 16. qu. 1. & can. 5. d. caus. qu. 7.* Unde, ut supra diximus, appellantur decimæ, animarum egentium tributa, *d. can. revertimus. can. seq. & d. can. fin. & d. c. tua nobis. 26. de decim. & pauperum patronatus. d. c. nulli. & can. fin. 12. qu. 1. d. can. aurum. & c. gloria. 12. qu. 2.*

8 Quæ rationes, propter quas dantur à Christianis Decimæ, committantur ratione naturali, suadente reddi debere eas frustra disputant Theologi, utrum quis ab earum præstatione possit eximi. Quippe ratione naturali alia ratio superveniens cum prævaluerit, priorem tollit, sed que quædiu ratio superveniens & peculiaris durat, qua cessante cessare debet immunitas. *fac. c. suggestum. 9. eod.* Sic; Licet de Jure Gentium dominia dividua, tamen tempore necessitatis cibaria omnia sunt communia: *l. ff. de idem etiam. ff. ad l. Rhod. de jact.* Facta enim illa divisio contra jus naturæ quo omnia sunt communia; cujus juris ratio cessat tempore necessitatis.

9 Quare potest Papa, non Imperator. *cap. tua. 25. eod. ex privilegio derogare decimarum solutioni.* ut dicitur ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi: *c. à nobis. 24. eod.* Ita tamen ut non tollatur hoc jus contributione generalis, sed quibusdam propter causam, ut inopiam, aliove, remittatur. *Dartis tract. de benefic. sect. 1. cap. 1.* Et ita remissa decimæ à Johanne XV. Monachis Cassinensibus, Benedictinis, *Concion Cassinens. lib. 1. cap. 1.* Æremitis Camaldulensibus, *Innocent. III. lib. 2. epist. 12.* Carthusiensibus, *cap. 2. §. statuiimus. in fin. eod. in 6. Carthusiensibus, d. c. 2. §. statuiimus. in fin. c. ad audientiam. 12. eod. Preter tribus Prædicatoribus & Minoribus, c. nimis prava. 17. de excess. Preterter. c. 1. de decim. in 6.*

CORVINUS
De Per
et Benefic.

G

Dixi propter *causam*; Nam in rebus novis constituendis utilitas esse debet evidens, ut ab eo jure, recedatur, quod diu visum fuit equum. l. 2. ff. de constit. Princip. Sic Papa libellum repudii, quamvis juri Canonico contrarium, concedere potest, graviora sequantur mala: *can. privilegia. in fin. dist. 3.* & immunitates concedere charitatis lege: ut loquitur Ivo epist. 192. licet immunitas illa semper fuerit odiosa, cum decimarum sint Clericorum, ut diximus, propria: *d. can. precipimus. 16. qu. 2.* unde & rejecta à quibusdam Monachis, teste Ivone epist. 192. & Hugone Pontiniacense epist. ad Abbat. major. Monasterii edita à Jureto post epist. Ivonis. Et Episcopi aliquando eam veterunt sub periculo vite: *Simonis lib. 5. cap. 7.* quod hoc prætexit Monachi invaderent Parochorum jura. *can. placuit. 7. cum seq. caus. 16. qu. 1.* Refertur Episcopum Armacanum sub Clemente VI. proposuisse, ut extirparentur omnes mendicantium Ordines, eo quod mitterent falcem in messem alienam, jura Parochialium Ecclesiarum usurpando sibi: *Aymon. d. loc. & Chronicon manuscript. de vita Clement. VI. quod extat in Biblioth. Furrer. teste Dartis d. loco.*

Citra *causam* si Pontifex aliquem à solutione decimarum eximat, *1. peccat. Dartis d. loco. vers. 10. legitur. in fin.*

Ratio ergò, hominis Regina, & jubet dari decimas, & cum datione dispensat & eximit: nec exemptione ratio violatur naturalis, sed potius extenditur ad rationes speciales. Nam ut inquit Tertullianus de *penitentia. Res Dei, ratio; Quia Deus nihil non ratione providit, disposit, ordinavit; nihil non ratione tractari voluit: Et lib. de corona militis. Lex ratione constat, Lex erit omne jam, quod ratione consiterit, à quocumque productum sit.* Icus Paulus in l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bon. d. immat. *Ratio naturalis Lex quadam tacita.* Quare jus illud quod à ratione est, alia mutare potest ratio: cum ratio in genere utramque comprehendat rationem; puta rationem juris, & exemptionis & privilegii rationem; rationem ut solvantur decimæ, & rationem ut fiat exemptio, vel ex parte, vel in totum; idque ad tempus tantum; nempe quantum durat ratio, propter quam quis eximitur: nec item in totum, sed secundum aliquas personas: qua ratione manet jus integrum & illibatam. *Dartis d. loco. vers. Ratio ergo.*

[C] 2

Jus

INUS
SONUS
Ecclesiarum

IV.

z

12 Jus igitur decimarum, quod divinum est, ab hominibus extrinsecus non potest, potest obliterari, vel in eas solvendi ratione, & quantitate, vel etiam in exemptione ob aliquam rationem. Tertullianus lib. de anima, inquit recte, *Quod à Deo est, non tam extinguitur, quam obumbratur; potest enim obumbrari, quia non est Deus; extingui non potest, quia à Deo est.*

Habet etiam in Decimis compositio locum d. cap. suggestum c. 3. de decimis. Ut & quantitatis decimæ; verbi gratia, ut pro decima datur vigesima, præscriptio; non autem ipsius præstationis. Hostiensis in Summa de decim. Guido Papa decis. 234. De Decimis vide infra lib. 3. tit. 6. de decimis.

TITULUS III. De Beneficii Nomine.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1. Beneficii nomine quid veniat in genere. | 4. Quis auctor. |
| 2. Quid in jure Canonico. | 5. Beneficii vocem voluit nonnulli esse barbaram. |
| 3. Ejus origo. | 6. An rectè. |
| | 7. Unde deduci possit. |

Beneficii nomen comprehendit in genere, omne bonum, privilegium, vel aliud alicui datum, per quod vel juveni vel melior fieri possit. ut l. in commendato. 17. §. sicut. ff. de mod. c. cum librum de sepultur.

Beneficium enim, ut ait Cassiodorus; lib. 11. var. cap. 28. dicitur non potest, quod nulla utilitate sentitur.

Bona etiam naturaliter dicuntur quod beent; hoc est, beatificent. Beare est prodesse. l. bonorum appellatio. 48. ff. de verb. significat. Beatum dicit Isidorus, lib. 10. Etymolog. quasi benè auctum; Sic Sacerdos

CORVINUS
De Per
et Benefic

G

ca. epist. 3. *Insolens est beata uxor*: Et Plautus in Penulo, cum dicit, *Bonam ego quam beatam esse primo dici malo*; videntur beatam uxorem referre ad bona quae habet, bonam ad probos mores.

Dicuntur & eo sensu Beneficia, auxilia vel remedia, quae dantur Principibus, ut Beneficium Hadriani, seu epistolae ejus, concessum fideiussoribus: §. *si plures. Insti. de fidejuss. l. fin. C. de consit. pecun.* Beneficium restitutionis in integrum: *l. 7. ff. de in integr. restit. feudum seculare: tit. de duobus fratribus à Capitaneo investit. lib. 2. Feud. 18. & tit. de beneficio fratris. 1. Feud. 20.* Beneficium S. C. i. Macedoniani, Vel lejani. *singul. tit. ff. & Cod. & c.*

In jure Canonico Beneficium appellatur certa reddituum portio, 2
quaeunque ministro obigit.

Nam cum olim Clerici plerisque in locis nihil proprium possi- 3
dentes, ex communibus Ecclesiarum redditibus alerentur; *can. scimus. can. volo. can. d. non dicatis. can. quoniam. 12. qu. 1.* postea, charitate in dies magis frigidescente, à communione recesserunt: *can. 16. videntes. l. can. & qu. unde convenientius visum fuit, parochias dividere & Clericis singulis assignare beneficiorum titulos, ex quibus possint sibi ministrare vitae necessaria. can. un. 13. qu. 1. c. pastoralis. in princ. de his quae sunt Prelato sine cons. Capit.* Dicit Papa Dionysius in d. *can. un.* scribens epist. 2. ad Severum Episcopum. *Ecclesias singulas singulis Presbyteris dividimus, parochias & cimiteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus; ita videlicet, ut nullus alterius parochiae terminos, aut parochiam sibi commissam custodiat, ut ante tribunal aeterni iudicis ex omnia sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.*

Ex quo loco Doctores communiter colligunt duo: *Primum;* 4
Dictum Papam Dionysium primum divisisse & distinxisse Ecclesiarum & Parochiarum terminos. *Dd. ad d. can. un. Barbof. de diocesib. & Parochias, lib. 1. cap. 21. in princ.* primumque Beneficii Ecclesiastici vocatum fuisse; cum tamen Papa Innocentius I. qui floruit sub Anno Salvatoris Nostri 400. in epist. 2. cap. 10. volum. Concil. 1. & can. 22. si monachus. *caus. 16. qu. 1.* eam usurpaverit. *Alterum Beneficia Ecclesiastica*

[C] 3 Jure

INUS
SONUS
Ecclesiarum

IV.

2

Jure positivo esse inducta. *Sylvest. de benefic. part. 1. qu. 4. Marfil. de reb. lib. part. 1. cap. 8. à princ. Moscon. de majest. militan. Eccles. lib. 1. part. 3. cap. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 4.*

5 Dictam vocem *Beneficii*, pro certa illa redituum portione, que cuique ministro obligat, etiam volunt nonnulli Doctores esse barbaram, esse ineptam: Sacerdotia malunt hos reditus quam Beneficia appellare. *Corras. in paraphrasi Sacerdotior. seu tract. de benef. part. 1. cap. 1. Tyraquell. in tract. Cessante causa. 1. part. num. 46. aliq.*

6 Verum Sacerdotium pro munere ac dignitate magis quam obventionem accipi videtur apud Ethnicos & in Corpore Juris Civilis. *Levius lib. 9. Gens Potitia, cujus ad aram Herculis familiare erat Sacerdotium, &c. J. C. Modestinus in l. 1. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de Ambitu. Magistratum sic Sacerdotium petere ultra prescriptam formam, habet notum aureorum mulctam cum infamia, &c. In l. vitricus. 60. §. 1. cum sept. ff. de donat. in. vir. & uxor. Sacerdotium superveniens dabit occasionem solvendi matrimonii bona gratia, quia utrique vix commode vacare possit: Meminit Imp. Justinian. Sacerdotii Phoeniciarchiæ vel Syriarchiæ, l. 1. in princ. C. de Natur. liber. Alitarchiæ & Syriarchiæ, l. 1. Cod. offic. Comit. Orient. Asia, l. fin. C. Theod. de expens. ludor. Africa. l. 1. Cod. Theod. de spectacul.*

Imò & in jure Canonico Sacerdotium accipitur pro ordine & dignitate ejus qui sacrificandi accepit potestatem: ut pro presbyteratu *c. translata. de constitut. c. nemo. c. cum ex eo. de elect. in 6. sac. can. Clero. dist. 21. Rebuff. in praxi. proæmio. Peck. in reg. beneficium. lib. 6. num. 1. Sahagum de Villa Sancta ad c. fin. de sequestrat. poss. num. 20.*

Constat etiam dicta sacra stipendia non tantum concedi Sacerdotibus, sed & Ministris aliis.

7 *Beneficii nomen* nonnulli, ut *Boeth. Epo in comment. ad c. 1. de re. stem. num. 44. Barbof. de Jure Ecclesiast. univ. lib. 3. cap. 14. num. 7. aliq.* à Benefactoribus Ecclesiæ primis, & à benefaciendo; alii à similitudine Beneficiorum militarium, deducunt.

Animadverendum enim moris fuisse Romanis veteribus (Quos & adhuc hodie imitantur Russorum, Turcarum, Indorum, Chinesum, Japonensium Imperatores) prædia quadam ac possessiones tribu-

CORVINI
De Per
er Benefic

G

ere militibus, ut hoc beneficio devincti redderentur ad Rempublicam
 tuendam animosiores. Id factum ab Alexandro Severo testis est Lam-
 pridius in *ejus vita*, quem & alii Imperatores ante Justinianum sunt se-
 cuti, ut patet ex Eorum constitutionibus *tit. Cod. de fund. limitroph. ubi*
vide Methodic. Enarration. nostram. Meminit & prædiorum hujusmo-
 di militarium Imperator Constantinus apud Harmenopolum *lib. 1.* ea-
 que vocat, *επαχολια κληματα* & *επαχολια κληματα*. Feudorum postea
 nomen apud omnes fere Europæ Gentes induerunt. Appellata & à
 quibusdam beneficia, & qui ea possident Beneficarii. Meminit etiam
 Cæsar, in *comment. de Bello Civili lib. 1.* aliique Latinæ Linguae puræ Au-
 thores, Beneficiorum militum, sensu haud dissimil.

Quem morem, in rebus prophanis receptum, imitati sunt Viri
 Ecclesiastici, & prædia possessionesque ob ministerium singulis Eccle-
 siæ ministris adscriptas, vocaverunt Beneficia; (O utinam plerisque
 beneficia hodie non sint?) quia post jam dictam divisionem, credebantur
 hi reditus Ecclesiastici magnam cum illis militaribus prophanisque
 beneficiis habere affinitatem. *Duaren. de Sacris Eccles. ministr. lib. 2.*
cap. 3.

TITULUS IV.

De Beneficii Definitione.

SUMMARI A.

- | | |
|---------------------------|---|
| 1. Beneficii definitio. | rico. |
| 2. Cur dicitur jus. | 8. Quis appellatione Cleri-
ci hic veniat. |
| 3. Et quidem spirituale. | 9. Beneficii appellatione
que veniant. |
| 4. Cur utendi. | 10. Cur dicitur ob mini-
sterium sacrum. |
| 5. Cur additur fruendi. | |
| 6. Cur in perpetuum. | |
| 7. Cur Sacerdoti vel Cle- | |

II. Cur

INUS
 SOMUS
 Ecclesiast

IV.

11. Cur Ecclesiastica au-
toritate constitutum. *nescium qua requiratur.*
12. Ut cognosci possit Be-
neficiorum qualitas. *13. Ex quo iudicatur Beneficiorum qualitas.*

Beneficium Ecclesiasticum à Doctoribus definiti solet ut constat ex scribentibus in Rubr. de prebend. & c. beneficium. de reg. Jur. in 6. ubi Ponte. num. 2. Strein. num. 1. Corra. de Sacerdot. part. 1. cap. 2. num. 1. Duaren. de Sacris Ecclesiasticis minister. lib. 2. cap. 4. Hojed. de incompatib. benef. in prefat. num. 2. P. Gregor. Instit. rei benefic. cap. 6. num. 1. Garc. de benefic. part. 1. cap. 1. Barbos. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 4. num. 8. Nos, dicimus; Beneficium spirituale, utendi, fruendi, fructibus rei Ecclesiasticae, in perpetuum, à Clerico, vel Clerico, ob ministerium sacrum, Ecclesiastica auctoritate constitutum.

2 Dicimus *Jus*: Sicut Feudum, quod beneficium est temporale dicitur jus habendi usum fructum rei immobilis in perpetuum; in 2. lib. 2. Feud. Feudo enim comparatur Beneficium, ut ostendimus. Casent. Duaren. tit. in quib. caus. feud. amittat. §. ult. in usib. Feud. not. in 1. veniens. de filiis Presbyter. cap. 11. si gratios. de rescript. in 6. Dicimus etiam Beneficium esse *Jus* quia numeratur inter res incorporales.

3 Dicimus *Jus esse Spirituale*. cum Corra. d. cap. 2. num. 2. cum Gl. in sum. 1. qu. 2. Panorm. & Felin. in c. consulere. de Simonia. text. in c. de Eto. 25. de prebend. non, puta, per essentiam, sed quatenus ab officio spirituali, propter quod exercendum datur, dependet. c. ult. de rescript. in 6. S. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 4. Sor. de Justit. lib. 9. qu. 1. art. 1. Ulpian. tab. 1. de Simonia. in genere. cap. 34. Garc. d. cap. 2. num. 6.

Non dicimus, cum Duareno d. lib. 2. & cap. 4. Res Ecclesiasticae Improprie enim ita definitur; Sicut cum pignus accipitur pro re pignoratata.

4 Dicimus *utendi*; 1. Quia ipsa bona Ecclesiastica non pertinent ad Clericos; Jus enim utendi fruendi est semper salva rerum substantia §. 1. Inst. de usufructu. & rerum Ecclesiasticarum proprietatem & domini-

CORVIN
De Per
et Benefic

G

32

nium non habent Clerici; *c. fraternitatem tuam. 2. de donation. sed tantum carum usum, ut inde se familiamque suam alant; superfluumque pauperibus erogent: can. 5. Clericus qui. can. duo sunt genera. 12. qu. 1. can. Episcopus. 10. qu. 1. can. 26. res Ecclesie. cum seqq. 12. qu. 1. Saneque tantum dispensatores, can. 24. precipimus. d. c. & qu. can. non facta. dist. 85. eiusque res Ecclesie sunt commendatae. can. 52. sine exceptione. 12. qu. 2. Panorm. in c. in officiis. num. 7. de testament. Diss. & Gloss. ult. de offic. ordinar. in 6. Nec dictis repugnat, quod habeant potestatem locandi fructus Ecclesie: *c. fin. Ne Pralati vices suas vel Eccles. sub annuo censu conced. c. vestra nobis. 2. de locato cond. faciunt enim id nomine Ecclesie. d. c. 2. Nec aduersatur, c. requisivisti. §. illud autem. de testam. quo Clerici testari possunt de honorum suorum fructibus: Nam loquuntur de fructibus aliunde quam occasione Ecclesie ad eos pertinentibus.**

Addimus tamen in definitione *fructus*: 1. Quia hæc est quondam sententia, Clericos non tantum usum, sed & usum fructum habere: *d. Glossa. 2. Quia saltem in modicis videntur usufructuarii, c. relatum. 12. de testam. Panormit. in c. 1. & 5. de peculio Clericor. 3. Quia ex consuetudine, (quam improbat dictus Panormitanus. ad c. cum in officiis 5. de testam.) receptum est, ut habeant usum fructum. Consuetudo autem id operari potest. d. c. relatum. 12. §. licet autem. Vide tamen infra lib. 7. cap. 5.*

Ex quibus colligi potest, Clericum ex bonis Ecclesie nihil testamento aliave ratione conferre posse cognatis suis: *ex can. 38. Apostolor. & can. 25. Synod. Carthagenensis. Nequit enim Dei Sanctuarium Jure transferri hereditario. c. consuluit. de jure patronat. c. ex transmissa. de filiis presbyter. c. 1. de prebend. c. ad extirpandas. de filiis presbyter. Neque enim, ut olim, ita & hodie Sacerdotium, instar Feudorum, tit. 23. lib. 2. Feudor. deferretur Jure sanguinis. Numer. cap. 3. & 25. Exodi 28. & 29.*

Dicimus in perpetuum; Quia cum ad tempus Minister Ecclesie ordinari non possit, nec ab Ecclesia sine justa causa possit amoveri; *c. non. ubi Glossa. verb. perpetua. de Capell. Monach. in 6. c. 1. de Clerico. egrotante vel debilit. can. 13. qualiter cum seq. can. 17. petiisti. 7. qu. 1. can. sanctorum. dist. 70. Cassador. decis. 4. num. 2. & decis. 2. num. 9. de prebend.*

[D]

Cesar.

INUS
SOTUS
Ecclesie
IV.

Cesar. de Grass. decis. 13. num. 7. eod. tit. Caval. decis. 639. num. 9. Unde viventis beneficium dari vel possideri non potest: *can. imprimis. 2. qu. 1. can. 10. non furem. can. 40. cum qui contra. 7. qu. 1. c. 1. cum seqq. c. ex nore. 13. de concess. Præbendæ & Eccles. non vacant.* necesse est beneficium ipsum, quod ministerio conjunctum est, dari, non ad tempus, sed in titulum perpetuum: *d. c. un. & ibi Gloss. d. can. sanctorum. Gloss. in verb. à Romanis Pontificibus. inc. si gratiose. de rescript. in 6. fac. text. in dilecto. vers. præterea. de præbend. c. ex parte. de concess. præbend. c. post scripti. de rescript. Franc. Marc. Delphin. decis. 1071. queritur an beneficium lib. 1. & decis. 120. num. 22. Roman. cons. 345. circa primum. num. 13. Barbos. d. loc. num. 11.*

Nam & de beneficiis militaribus ac prophanis idem est constitutum, quibus Ecclesiastica hæc perquam vicina & similia esse jam adnumerimus.

Et legimus in antiquis inscriptionibus fuisse apud Romanos Græcos Sacerdotes perpetuos: In iis mentio *ἱερέων ἀσκήτων*; id est, *Sacerdotum perpetuorum*. In inscriptione Romana est, *ἀρχιερέως & ἱερέων ἀσκήτων*; id est, *Princeps Sacerdotum qui religionem ægyptiorum & Scenicorum observabant, perpetuus ad vitam.* *Datus tract. de benef. sect. 1. cap. 4. vers. sic legimus.*

Inde consequitur Monasteriorum Præfecturas, quas vulgo vocant Prioratus Claustrales, non esse beneficia, quia non sunt perpetua, sed precaria tantum ac temporaria administrationes: *Hofstius. in c. multa. de præbend. Duaren. d. tract. & d. lib. & cap. nec loca collegiata quæ ad tempus dantur Scholaribus: Rebuff. tract. de Nomination. quæ 10. num. 20. nec Commendæ quæ ad tempus fiunt. c. nemo deinceps. de elect. in 6.*

Sed est animadvertendum, quod, licet perpetuitas de Jure sit de beneficii essentia, non tamen repugnare, ut speciali jure & privilegio de qua beneficia possint esse non perpetua. *d. c. si gratiose & ibi Gloss. can. pastoralis officii. 7. qu. 1. Cassad. decis. 12. num. de præbend. Garc. tract. de part. 1. cap. 2. num. 75. cum seqq. Alphons. de Leone. de Capellani officio. part. 1. qu. 3. num. 48.*

7 Dicimus Sacerdoti vel Clerico; Nam nemo beneficium habet, nisi

CORVIN
De Per
et Benefic

G

qui ad certi loci seu Ecclesiae administrationem est ordinatus. Unde & Beneficia Ordinationes appellantur. *can. fin. dist. 66. & 96. c. 1. si eo tempore de rescript. in 6. can. de us. dist. 28.* In quibus Glossa, Qui non potest ordinari, non potest beneficium accipere. Quare etiam Synodus Laodicensis electiones vocat *can. 5. ordinationes, χειροτονίας, τὸς ἱερωσύνης.*

Addimus vel Clerico; Clericus enim primae tonsura dicitur persona Ecclesiastica, nec est amplius Laicus: *c. fin. de tempor. ordinat. in 6. can. 7. duo sunt genera. 12. qu. 1. Panorm. in rubr. de vita & honest. Cleric. text. in c. cum contingat. eod. Rebuff. in praxi beneficior. de missione in possession. num. 15. Balsamo in can. 33. Synodi 6. in Trullo ait: Quod simul accipiunt aliqui tonsuram & charactere à manu Antistitis, eos pro Clericis habet canon. & addit: λέγονται κληρικούς μόνον ἐξ οὗτοῦ ἡτανσεῖδα, dici Clericum, qui solam habet tonsuram. Confirmatur ex eodem Concilio *can. 77. Concilio quoque Laodicensi can. 24. Ordinis dicuntur esse Ecclesiastici, qui in Minorum ordinibus constituti.**

Quare & hi possunt obtinere beneficia, licet eorum ministerium sit profanum, & possit exequi à Laicis, ut quotidie fieri videmus & experimur; Sed id ideo fit, quia jam sacris initiati, & ad sacram functionem delecti ac destinati sunt, & institutionis cujusdam causa in levioribus muneribus occupantur & exercentur: nec eis assignantur potissimum redditus Ecclesiastici, ut ostia claudant, & c. sed ut interim in comitatu alantur ac instituantur, atque inde Sacerdotum & Episcoporum extet seminarium perpetuum. *Duaren. d. loc. Dartis d. loco.*

Ex dictis sequitur non esse Beneficia, Pensiones, (de quibus infra *lib. 4. tit. 9.*) ut vulgò putant Interpretes; *ex c. 4. de prebend. in 6. c. ad validitatem. 31. de rescript.* Conceduntur enim plerumque Laicis propter bene merita, *can. 61. qu. 1.* & possunt extinguí: Nec Xenodochia, *herophotrophia, orphanotrophia, gerontocomia, prochorotrophia,* & cetera hujusmodi, quae hodie solemus appellare hospitalia; *ex c. 2. de prebend. c. quicquid. 2. de religios. domib. in Clement.* quia eorum reddituum procuratio & administratio non solet mandari Clericis, sed quibus scunquavis probis & idoneis, qui ad exemplum tutorum & curatorum administrationis suae reddere coguntur rationem: & dictis textibus ea loca prohibentur dari in titulum Beneficariis, nisi in institutione ipsa, aut, [D] 2 ut

INUS
SOMUS
Ecclesiastica
IV
Z

ut loquimur hodie; fundatione, aliter sit dictum: aut sit de Rectoribus loci per electionem providendum, quibus casibus si fuerint unita eius modi pia loca Ecclesiis, reputabuntur Beneficia: *Clem. quia ecclesiis vest. ut autem. de religios. domib. Clem. per literas. de prebend. l. or phanios. 32. Cod. de Episc. & Cleric. Felin. in c. si quarta. de prescript. c. in nostra. de rescript. Duar. & Dartis ad. locis.* Nam & contingere potest, ut Beneficium attributum sit Sacerdoti, ut prater functionem facerdotalem, & subeat onus alendi pauperes. Certe in Nicephori histori Ecclesiastica. fit mentio Euphemii cuiusdam, qui simul & Prochorus & Presbyter fuit. Nec *Militum Ordinis S. Johannis Hierosolymitani alterius*, sive Ordinis Sacri *preceptoris*, licet sint perpetua, reputantur Beneficia: Quia ii qui conferunt, vel quibus conferuntur quatuor Commenda; non sunt Sacerdotes vel Clerici, sed Laici Conversi & Religiosi viventes in saeculo. Quaratione ea quoque *qua dantur* Laicis anearum nolarum pulsationem, vel quia sunt *Aditui*, aut Symphoniaci beneficia non sunt. Nec beneficia sunt, *Vicariatus Generalis*, *Officialatus*, & similia: *Clem. l. de rescript. in 6.* Quia non dantur Clerico in titulum, nec jus ullum dant in Ecclesiarum redditibus; & proprie sunt Beneficia, non Beneficia. *Dartis d. loco.*

10 Dicimus, *ob ministerium sacrum*; Quia sicut Beneficia militum ac prophana militibus ac hominibus prophanis dantur ob fidem & obsequium, ita haec sacra Beneficia conceduntur Deo consecratis ob fidem spiritalemque functionem. *c. fin. de rescript. in 6. Duaren. d. l. Quae in laudibus divinis &c. consistit. ut per Tyraquel. in vult. Causa. causa. part. 1. limit. 23. num. 10. Cabed. Lusa. dec. 9. num. 4. part. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 5. num. 8. Garc. d. part. cap. 2. num. 6.* Itaque haec Beneficia sacra spiritaliaque quodammodo dicuntur esse. Quia tamen si proventus non sint sacri, sed prophani, tamen facta ita cohaerent muneri, ut non recipiant separationem. *can. 1. can. si quis objecerit. l. qu. 3. c. ad nostram. 2 r. de Simonia. c. ult. de rescript. in 6. Nec conceduntur Ei, qui ad functionem eam iobundam idoneus non sit.*

E dictis sequitur, Beneficia esse, *Quae dantur assidue, qui in seculum Ecclesiae, licet non sint Canonici, & qui tenentur ad residentiam: c. non de Cleric. non resident. Item portiones, quae dantur Clericis vel Monachis & Pri-*

Corvinus
De Per
er Benefic

G

32

[C]

& Praesimonia, instituta pro Studentibus, & pro subsidio contra infideles, licet habeant nullum vel parvum servitium: *c. fin. de concess. prebend. in 6.* dummodo adjunctum habeant onus spirituale: Contra non esse Beneficia Coadjutorias; licet Coadjutor sit alendus ex Ecclesia facultatibus; *c. de Rectoribus. cum seqq. de Clerico aegrotante vel debil.* Nam h, cui datur Coadjutor, remanet Titularius & possessor Beneficii; & Is qui datur Coadjutor, est tantum inde alendus, & potest amoveri. *cap. uno deinceps. de elect. in 6. Datis d. loc. in fin.* Nec obstat, quod dicitur in d. c. de Rectoribus Coadjutorem habere curam animarum: Nam secundum Panormit. ea verba sunt intelligenda sic, ut habeat exercitium cure in actu, in habitu vero cura resideat penes infirmum. *c. un. de clerico aegrot. in 6.*

Dicimus, *Ecclesiastica auctoritate constitutum*; Quia Beneficium I Ecclesiasticum fundari debet Episcopi auctoritate. *Gloss. in Clem. 2. verb. Beneficiorum. de decim. de Grassis. decis. 131. num. 9. de prebend. streff. de benef. part. 1. qu. 5. num. 29. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 5. num. 40. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 70. num. 35.* Et dum ea expectatur auctoritas, non est beneficium, sed res statim pendenti, nec fundatori quaeritur Jus aliquod patronatus. *Felin. in c. ex par. tit. 2. num. 2. de rescript. cum alijs per Rot. decis. 361. num. 3. part. 2. Lotter. d. qu. 5. cap. 55.*

Præsimitur Episcopi auctoritas in institutione Beneficii ab initio, si Ecclesia edificata reperitur in forma debita, habeat dotem & Rectorem. *Cardin. conf. 11. sub num. 6. vers. tum caveat. Barbat. consil. 33. num. 1. lib. 1. Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 14. num. 23.*

Ut ergo cognosci possit Beneficium Ecclesiasticum; concurrere debent quatuor: 1. Providens debet esse Ecclesiasticus, non Laicus: *can. si quis deinceps. can. si quis nullus. 16. qu. 7. Abb. conf. 47. Illud de jure. lib. 2. Garc. d. part. 1. cap. 2. num. 32. & 61. Lambertin. de Jure patronat. lib. 1. qu. 9. art. 3. num. 10.* 2. Provisus Clericus: *c. cum ad. de rescript. c. ex litteris. de transact. c. 2. de institut. Gigas de pension. qu. 2. num. 12. Boer. decis. 171. Garcias d. part. lib. 5. cap. ex num. 28.* 3. Beneficium habere aliquid spirituale annexum: *c. fin. de rescript. in 6. deb. d. conf. 47. Garc. d. loc. num. 7. & 61. Ancharan. ad reg. Beneficium.*

[D] 3 num.

INUS
SOTUS
Ecclesiasticus
IV.

num. 4. de reg. jur. in 6. 4. Provideri purè, sine pacto, modo, vel conditione. *can. si quis dator. 2. cum seq. can. 7. si quis objecerit. 1. qu. 3. c. 1. parte. 12. de offic. deleg. c. 2. de lect. in 6. Rebuff. in d. praxi. tit. regulis ad collation. bonam. num. 2. & 3. Garc. d. loc. num. 61. & d. tract. part. 1. cap. 2. ex num. 1.*

13 Qualitas Beneficii judicatur ex ejus institutione, seu fundatione. *c. porro. de privileg. Felin. in c. ex parte. 12. de rescript. Barbos. d. loc. num. 31.*

TITULUS V.

De Beneficiorum Divisione & Qualitate
in Genere.

SUMMARI A.

1. Beneficia aut sunt Propria aut Improperia. 2. Quæ propria. 3. Quotuplicia.

B Explicatâ Beneficii divisione; Beneficiorum ut divisionem iradamus, ordo desiderat.

Dividuntur ea à Doctoribus variè: ut videre est apud Rebuff. in praxi. tit. Quotuplex sit Beneficium. cum seq. Corvin. de benefi. 1. part. cap. 5. Grinon. in Enchirid. benefi. tit. 1. cap. 3. & Duaren. de Benefic. lib. 2. cap. 5. & 9. Petr. Gregor. de benefi. cap. 10. Marsil. Columna de Ecclesiastic. redditib. cap. 11. cum seqq. usq. ad 15. Zola in praxi Episcop. 1. part. verbo Beneficium. §. 1. Fr. Eman. Rading. question. regular. 1. tom. qu. 34. art. 1. Selva de benefi. 1. part. qu. 2. ad 26. Barbos. in Jur. Ecclesiast. univ. lib. 3. cap. 4. num. 33. Sirein. in Summa Jur. Canonici. part. 1. tit. 2. §. 1. Vallensis in parat. Zas. in comment. ad tit. Decretal. de prabend. & dignitat. Dart. d. tract. de benefi. sect. 1. cap. 1.

Nos dividimus

In Beneficia propria & improperia. Petr. Gregor. d. loc. & in Synagm. Jur. univ. lib. 17. cap. 9.

Corvin
De Pers
et Benefi

G

32

Illas sunt, quibus & Beneficii definitio competit, quae notas supra 2
traditas habent. Haec quae praedictas non admittunt. De quibus
postea.

Propria multiplicia: 1. Vel sunt *Majora*, vel *Minora*. c. pen. de 3
verbor. signif. 2. Vel *Curata* vel *Non*. c. majoribus. de praebend. 3. *Du-*
plicia, vel *Simplicia*. c. singula. de praebend. in 6. c. de multa. eod. 4. *Sa-*
cularia, vel *Regularia*. c. cum de beneficio. c. cum singula. de eod. in 6.
5. *Collegiata*, vel *Non*; seu *Simplicia*. 6. *Alia Collegiata*, *alia Ele-*
ctiva. 7. *Quaedam patronata*, *quaedam libera*. 8. *Quaedam habent*
dignitatem, *quaedam Personatum*, *quaedam Officium*, *quae posituram*. c.
1. de consuet. in 6. de multa. c. execrabilis. ext. eod. Denique alia sunt *No-*
minata, *alia Innominate*. De singulis ordine videbimus. Et quidem
primò de Beneficiis propriè acceptis, iisque *Majoribus & Minoribus*.

TITULUS VI.

De Beneficiis Majoribus & Minoribus.

SUMMARIUM.

- 1. *Majora Beneficia* : *matus*.
- 2. *Pontificatus*.
- 3. *Cardinalatus*.
- 4. *Cardinales qui*.
- 5. *Quomodo inserviant*
- 6. *Quis eorum Titulus*.
- 7. *Metropolitanatus*.
- 8. *Episcopatus*.
- 9. *Chorepiscopatus*.
- 10. *An communi Benefi-*
ciorum appellatione ve-
niant.
- 11. *Minora Beneficia qua-*

Majora Beneficia dicuntur, vel *Dignitatis*, vel *Proventuum*
ratione. Ex collatione distinguuntur:
Ratione Dignitatis & Ordinationis omnium majus Be- I
neficium est *Pontificatus Summus*. c. 1. in verb. in depresso-
nem

Titulus
Pontificatus
Metropolitanatus
Episcopatus
Chorepiscopatus

nem officii & beneficii nostri. de maledicis. can. Cleros. §. Pontifex. dist. 21.
 can. nemo, Sacrosancta. dist. 22. Corras. de Sacerd. part. 1. c. 1. num. 3. de
 buff. in praxi benef. p. 1. tot. *seculare beneficium quod duplex. num. 3. de re
 de re benef. tit. de major. & minor.* Ab ea enim potestate omnes relique
 Ecclesiastica tanquam eius adiutores & suffraganeæ pendent. *can. hinc
 rem. 4. de auctor. & usu pallii.* Deus enim, ut loquitur D. Thomas
 1. contra errores Græcorum. cap. 32. Petro soli dedit plenitudinem
 potestatis. Cujus effectus præcipuus, præter alios, de quibus tractatur
 de person. Ecclesiastic. tit. de Summo Pontif. copiosè egimus; quod ad be-
 trum omnium Ecclesiarum cura pertineat. D. Bernardus lib. 4. ad
 genium. inquit; *Apostolus ceteris sunt commissa Ecclesie particulariter
 S. Johanni in Asia, Matthæo in Æthiopia, Bartholomæo in India, Iacobi
 Hierosolyma; & sic de aliis; at verò S. Petro totus mundus.* Sed Apo-
 stolica, prima Sedes, post illam alie Patriarchales. *can. urbis. dist. 21.*
 In persona Petri omnis Ecclesia est significata; ait D. Augustinus
 Joan. tract. 50. ad cap. 12. can. 6. quodcumq; ligaveris. 34. qu. 1. Et
 Leo ad Episcopos Viennenses epist. 87. sic scribit; *Hujus muneris
 cet publicationis aternæ sacramentum, ita Dominus ad omnium Apo-
 storum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro Apostolorum
 um Summo principaliter collocaret: ut ab Ipso, quasi quodam capite,
 sua velut in corpus omne diffunderet: ut exsortem se mysteriū intelligeret
 divini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Refert. in can. de
 minus noster. 7. vers. Hujus muneris. dist. 19.* Et quemadmodum
 7. Etymol. Isidori cap. 12. refertur in can. Cleros. §. Pontifex. dist. 21.
 Pontifex Princeps Sacerdotum, est quasi via sequentium. Appellatur
 & Maximus. Ipse enim efficit Sacerdotes & Levitas; Ipse omnes Eccle-
 siasticos ordines disponit; Ipse quod unusquisque facere debeat, con-
 dit. *can. in novo. 2. d. dist. in can. omnes. 1. dist. 22.*

2 Secundum inter majora Beneficia est *Cardinalatus*, Fabr. de
 & tit. Hojed. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 2. num. 3. Gonzal. ad
 8. Cancell. Gloss. 4. num. 39. vers. secundo. Azor. Instr. moral. part. 2. cap.
 1. qu. 5. vers. secundo beneficium. ratione adherentis parochie seu diocesis
 his; Nam non creatur Cardinalis sine titulo, in quo residentiam debeat
 c. 2. de Cleric. non residentibus.

Corvinus
 De Per
 et Benefic.

G

32

Proinde Episcopus, factus Cardinalis, non videtur posse retinere dignitatem Episcopalem. propter c. de multa. 28. de prebend. & dignit. vide Panormit. in c. 3. de postulas. & Gomez. in proem. Regular. Cancell. qu. 1.

Sunt Cardinales pars quedam corporis Pontificis: can. quisquis. 3
6. qu. 1. Clem. felicis. de poenit. sicut Senatores sunt pars Principis: l. quisquis. 15. pr. Cod. ad leg. Jul. Majest. Sunt Fratres & adjuutores Pontificis: c. per venerabilem. §. rationibus igitur. qui filii sint legit. c. fundamenta. 10. §. decet. de elect. in 6. can. Constantinus. dist. 96. Dicuntur Ecclesie columen; Clement. si quis suadente. de panis. & Papae Collaterales, d. can. Constantinus. & Coadjuutores. D. Bernardus lib. 4. de considerat. cap. 4. inquit; Veniamus ad Collaterales & Coadjuutores tuos; hi seduli, hi intemisti; & postea; an non eligendi de toto orbe orbem iudicaturi? & in epist. 188. ad Cardinales. multa alia refert, quibus nullum majorem gradum esse ait post Romanum Pontificem.

Interveniunt Ecclesie Romanae vel tanquam Episcopi, vel tanquam Presbyteri, vel tanquam Diaconi, vel tanquam Subdiaconi: & Eorum Ecclesia vel Ecclesie administratio Titulus dicitur: Inde & olim Clerici, qui in aliqua Ecclesia, ut ei inservirent, nomen dabant, dicebantur ibi constitui Cardinales, can. fraternitatem. dist. 71. & in cardinalari. can. quorundam. dist. 74. can. pastorali. 7. qu. 1.

De Ecclesiarum Titulo est illud Papae Pii, epist. ad Justum Vienne-
sem Episcopum. Soror nostra Euprepia, Titulum domus suo pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus: Et in epist. 2. presbyter. Pastor Titulum condidit. Est Tituli nomen desumptum à Jure Civili: Nam Tituli impositione res vindicata fisco, consecrabatur Principi. l. si quando. 3. Cod. de bonis vacantibus. Titulus Ecclesiasticus erat vexillum vel signum crucis. l. ult. Cod. Theod. de poenit. Vide de Cardinalibus. tit. special. in d. tract. nostro.

Tertium inter majora Beneficia est Patriarchatus seu Primatus; 6
Dico seu; quia Patriarchalis Dignitas à Primatu non differt. can. Cleros. dist. 21. can. Urbes. dist. 80. c. 1. & 2. dist. 99. can. in illis. d. dist. 80. Apud Leonem 9. epist. 3. ad Petrum & Joannem Africa Episcopos; & apud S. Anacletum. 1. epist. 3. ad omnes Episcopos. habetur: Episcoporum ordo
[E] unus,

Titulus
Ecclesie
IV.

unus, licet sint Primates, qui primas Civitates tenent, qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur.

Patriarchæ verò omnes sunt Archiepiscopi, ex *Novellis Justiniani* II. & 123. & *can. conquestus*. 9. qu. 3. etiam Ipse Papa. in dictis *Novellis* ex *Concilio Chalcedonensi* aliisque locis.

7 Quartum inter majora beneficia est *Metropolitanatus* seu *Archiepiscopatus*; Dico seu; Quia Metropolitanus & Archiepiscopus dicuntur *can. provinciæ*. dist. 99. *can. 1. dist. 21. Sylvester in sum. verb. Archiepiscopus. in princ. Rebuff. ad §. 1. de Institut. in Concordatis.* Archiepiscopus namque vel Primates sunt, vel Metropolitanus. *can. nonnulli. dist. 99. Vide quæ de his dicto tractat. scripsimus; &c. Salvator. Extrav. com. 2. prebend.*

8 Quintum inter majora Beneficia est *Episcopatus*. c. *felicis. §. qui si quis. de penis. in 6.* Episcopi vocati sunt in partem sollicitudinis Archiepiscopi. *can. 1. & seq. 9. qu. 3.* Est intitulatio Beneficii Episcopatus in *can. 1. caus. 1. 8. qu. 1. De Episcopis multa diximus singular. titulo in dicto Tractatu nostro.*

9 Sextum, *Chorepiscopatus*; Beneficium dignitatem etiam annexam habens; Quid interfuerit inter Episcopos & Chorepiscopos, (quod hodie sublato, ut mutiles,) & quodnam horum fuerit munus declaratur *can. Ecclesiis. 3. §. inter. cum can. seqq. dist. 68.* Erant Chorepiscopi uti Episcopi Regionarii; & ideo Archidiaconi aliquando fuerunt uti Sigebertus in *Chronico* ait; *Damasus Papa decrevit, ne quid contra Episcopos Archidiaconi presumant, qui dicuntur Chorepiscopi, id est, Regium vel villarum Episcopi.*

10 Notandum dictos Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus communi beneficiorum appellatione, præsertim in poenalis, aliisque interpretationis strictæ canonibus non comprehendi, solere. *Sed de benef. part. 1. qu. 3. num. 35.* cum sint beneficiorum & dignitatum cetera. *c. pen. de prebend. Gloss. verb. dignitatum in c. 2. eod. in 6. Columna d. tr. de reddit. Eccles. part. 11. cap. 21. num. 7.* Et ideo dispensatio ad omnia beneficia, & quascunque dignitates, non extenditur ad Episcopos, propter excellentiam & culmen illius. *sec. Peregr. de filiatione art. 23. num. 8. Hojed. d. tr. part. 2. cap. ult. num. 77. Garc. de benef. part. 1. cap.*

CORVIN
De Pers
er Benefic

G

32

cap. 8. num. 66. *Barbof. Jur. Eccl. univ. lib. 3. cap. 4. num. 50. & 52.*
Dicitur Beneficiis exceptis *cetera sunt Minora.* Sunt tamen & alia, I I
quæ majora & minora dici possunt, relatione factâ ad alia: quæ ex aliis
divisionibus colligi possunt.

TITULUS VII.

De Beneficiis Curatis, vel non.

SUMMARIA.

- 1. Beneficia Curata qua.
- 2. Considerantur Propriè & Impropriè.
- 3. Quomodo Propriè.
- 4. Quomodo Impropriè.
- 5. Non Curata Beneficia qua.
- 6. In dubio, qualia censeantur.

Beneficia Curata dicuntur, quæ animarum curam habent I
annexam; de quib. vid. c. cum singula. de præbend. in 6. c. de
multa. eod. c. cum satis. de offic. Archidiacon. seu parochiam.

Ea considerantur dupliciter; Propriè & Impropriè. In- 2
no. in d. c. cum satis. Petr. Gregor. in Inst. rei benef. cap. 10. num. 11.
Garcias de benef. part. 1. cap. 6. num. 6. Vallens. in par. decret. tit. de præbend.
& dignit. §. 2.

Propriè quoad forum interius; quia ei qui beneficio præficitur, 3
datur potestas Sacramenta præbendi personis certis; nempe parochia-
nis ejus loci: item prædicandi Dei proponendi verbum, audiendi con-
fessiones. Clem. dudum. §. verum. de sepult. c. 2. de paroch. c. omnis utriusq;
forus. de penitent. can. placuit. de penitent. dist. 6.

Impropriè, seu quoad forum exterius seu contentiosum; quia 4
scilicet Beneficiarius exerceat ea, quæ sunt Jurisdictionis spiritualis; quæ
quibusdam annectitur beneficiis. c. execrabilis. §. fin. de præbend. c. du-
dum. de elect. in 6. Talia sunt visitare, inquirere, procuraciones recipere,
[E] 2 suspens.

TITULUS
SOMNIS
Ecclesiarum
IV.

suspendere, absolvere, excommunicare, interdicere. *d. c. dudam. ubi Dd. & in d. Exer. Execrabilis. vers. quantum. & de Gloss. Dec. in r. alio res de rescript. Garc. d. loc. num. 7. vid. Concil. Trident. sess. 32. de reforma. cap. 2.* Et hac ratione dicimus, Archidiaconos & Archipresbyteros curam habere animarum: *c. 1. de offic. Archid. c. 1. de offic. Archipresb. Priori Presbyteros & Parochos.* De quibus tit. egimus singulariter in statu nostro de Personis Ecclesiasticis. Ubi vide.

5 *Non curata Beneficia sunt, quorum Praefecti praedicta munera non habent, sed horis dicendis tantum sunt obstricti. c. 2. de instit. Dicitur iam Beneficia Simplicia. c. fin. de prabend.*

6 In dubio Beneficia non censentur Curata; proinde asserenti et alia incumbit probatio. *Bellamer. decis. 673. Sraphil. de liberis g. ubi tit. de statu benefic. g. & num. 1. Rebuff. in praxi. tit. saculare beneficium quoduplex. num. 11. Gonzal. ad reg. Cancell. de mensib. Gloss. 6. num. 91.*

Contingit aliquando, ut aliquis sit Rector primitivus in Ecclesia, vel Prior, qui habitu quidem habeat animarum curam, sed alius sit, qui eam exercent & sit actu Rector, quem Vicarium perpetuum vulgo appellamus. *c. super eo. 6. de prabend. & dignit. in 6. can. extirpanda. 30. qui vero. eod.*

TITULUS IIX.

De Beneficiis Duplicibus vel Simplex
cibus.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Quae Beneficia dicantur Duplicia.</i> | 4. <i>Quomodo distinguantur a Canonicali.</i> |
| 2. <i>Quae Simplicia.</i> | 5. <i>Quae Canonialis.</i> |
| 3. <i>Prabenda quid.</i> | 6. <i>Quae Simplex.</i> |
| | 7. <i>Quae Laicalis.</i> |

CORVIN
De Pers
er Benefic

G

32

- 8. *Præbenda Canonica II. Quæ Theologales.*
 - 9. *Quæ Sacerdotales.*
 - 10. *Quæ non Sacerdotales.*
 - 11. *Quæ Theologales.*
 - 12. *Quæ Magistrales.*
 - 13. *Simplicia Beneficia.*
- sunt & Prioratus, &c.*

Beneficia quæ curam animarum annexam habent dicuntur *duplicia*; ut & illa quæ vel dignitatem, vel personatum, vel officium adjunctum habent. De quib. infra.

Simplicia sunt, quæ nec administrationem, nec Clerum vel populum habent, sed sufficit, ut qui ea habent, divinis intersint.

Inter ea primò numerantur *Canonicorum Præbenda*. id est, portiones. c. vacante. 26. c. dilectus. 27. de præb. & dignit. c. ea multis. §. constitutus. 1. qu. 3. c. tua nobis. de verb. signif. c. fin. §. in illis. vers. præbendas. de concess. præbend. in 6.

Distinguitur Præbenda à Canonicatu. c. cum in Ecclesia. 25. de præb. & dignit. in 6. Canonicatus est Beneficium, quod datur Canonico; quoniam non statim atque quis recipitur Canonicus, Præbenda ei datur, sed postea cum se facultas obtulerit & vacaverit aliqua Præbenda. c. inter cetera. 17. d. o. dilecto. 25. c. collatum. 9. de præbend. Interim vero in choro, & Capitulo, & aliis quorum usus est communis, potestatem habet; veluti divinorum participatione, in lectionum & Evangelii recitatione, atque in quotidianis distributionibus. c. relatum. 9. c. dilectus. 19. eod. Et postquam Præbendam adeptus quis est, non Sacramenta administrat propter præbendam quam habet, sed Deo servit honoris recitandis, & alio officio adjuncto. *Dartis de Benef. sect. 1. cap. 3. vers. Simplicia.*

Præbenda autem est triplex; *Canonialis, Simplex, Laicalis.*

Canonialis, est spiritualis ratione Canonice seu Canonicatus cui connectitur. d. c. dilectus. 27.

Eam habens, Canonicus Præbendarius dicitur: *can. Sanctorum.* diff. 70. & jus habet suffragii in Comitibus & Conciliis, & insuper sedem habet in choro; vulgo vocem in Capitulo, & stallum in choro. c. pro illorum. 22. c. dilecto. 25. eod.

IUS
SOCIUS
Ecclesiasticus
IV.

Verum illa habet non tanquam præbendatus, sed tanquam Canonicus; Habet enim ea, ut dictum, antequam Præbendam est adeptus.

6 *Simplex* Præbenda est, Jus recipiendi certos proventus in Ecclesia Collegiali & competentes ex officio divino, cui deservit, à Canonico seu canonia se junctum. *c. cum secundum. 16. eod. c. cum in Ecclesia. in 6.*

7 *Laicalis* præbenda, est fructuum perceptio ex bonis Ecclesie Laico pro labore aliquo temporali; puta Advocato, Syndico, Secretario, Procuratori, & similibus aliis personis de Ecclesia bene meritis attributa. *c. fin. de Magistris. c. possessiones. 161. caus. 16. qu. 1. c. majoribus. 11. dilectus. 27. de præbend. can. quicumq;. 12. qu. 2. notant. in c. cum 11. de constitut.*

8 Sunt autem Præbendæ Canonice *Sacerdotales, Non Sacerdotales, Theologales, Magistrales.*

9 *Sacerdotales* sunt; quarum nemo capax est, nisi sit Sacerdos.

10 *Non sacerdotales* sunt, quæ inferioris ordinis Clericis dantur. *qui de non Sacerdotali. 27. c. ei cui. 29. de præbend. in 6.*

11 *Theologales* sunt, quæ Theologiae Doctoribus tantum in Cathedralibus Ecclesiis assignantur.

12 *Magistrales*, quæ litterarum Magistris & Praceptoribus attribuntur. *c. quia nonnullis. de Magistris. in pragmat. sanct.*

13 *Simplicia* quoque Beneficia sunt *Prioratus*, quos ideo Prioratus Simpliciter appellamus; *Capellæ* vel *Capellaniae*, quibus cura animarum non imminet; (Imminere autem quibusdam notum est ex *c. 1. de Capell. Monachor.*) *Præsimonia* quoque: *c. ult. de concess. præbend. in 6. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 9. & sess. 23. de reform. de quibus infra dicemus; Altaria* quæ sunt in aliqua Ecclesia cum auctoritate Episcopi constructa. *c. recolentes. de statu Monach. Dart. d. loco. vers. Simplicia quoq;.*

Sed hæc omnia disputabuntur infra accuratius. Sufficit hic *Simplicia* dici Beneficia idèd, quia Beneficia tantum sunt, nec eis aliâ qualitas inest ex iis quæ dicta & dicenda.

Corvini
De Personis
et Beneficiis

G

32

TITULUS IX.

De Beneficiis Regularibus, & Sæcularibus.

SUMMARI A.

- 1. Beneficia aut sunt Regularia, aut Sæcularia.
- 2. Qualia sint, unde cognoscatur.
- 3. Censentur omnia esse Sæcularia,
- 4. Libera,
- 5. Nisi contrarium probetur.
- 6. Prescriptionis annorum quadraginta quibus hic.
- 7. Beneficium Regulare an conferri possit Clerico Sæculari.
- 8. An è converso.
- 9. Qui dicantur Beneficia obtinere Sæcularia.
- 10. Qui Regularia.
- 11. Beneficium Regulare quomodo fiat.
- 12. Ut Beneficium naturam mutet, qua requirantur.
- 13. Beneficiorum Regularium nomina quæ.
- 14. Quibus conferenda Beneficia Sæcularia Regularia.
- 15. An non præter illa, & tertium genus Beneficiorum.

Beneficia omnia largè sumpta, vel sunt Regularia, vel Sæcularia. Illa quæ personis regulam aliquam religionis professis; Hæc, quæ Clericis non religionis conferuntur. c. cum de beneficio. 5. c. cum singula. 32. de præbend. in 6. Clem. 1. de sup-

ius
 bonis
 ecclesiasticis
 IV.

supplend. negl. Pralat. Clem. 1. de elect. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 20. Barbof. jur. Eccles. lib. 3. cap. 4. num. 34.

2 Quæ sint, cognoscitur vel ex fundatione, vel consuetudine, vel prescriptione; d. c. cum de beneficio; prescriptione, inquam, quadraginta annorum, cum bona fide & titulo. c. cum Ecclesia. de caus. poss. & propriet. juncto. c. vigilantibus de prescription. Rebuff. in concordat. in. de collat. §. volumus. verb. regularia. Selva tract. de beneficio. in 1. part. qu. 1. num. 13.

3 Beneficia verò omnia censentur esse secularia; nisi contrarium probetur. Præsumptionis ratio est; Quia cum S. Dionysius Papa Beneficiorum omnium instituerit titulos, Ipseque non Regularis, sed Sæcularis fuerit, omnia Beneficia præsumantur talia, qualis eorum fuerit Auctor: & deinde quia Beneficia de Sæcularibus convertuntur in Regularia, non è converso, licet aliquando post sæcularizentur. Mascard. probat. concl. 172. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Beneficium. voss. in Covar. reg. possessor. part. 2. §. 1. num. 1. Garc. de benef. part. 7. cap. 20. princ. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 20. num. 4. Barbof. d. loc. num. 4.

4 Nam & Beneficia omnia præsumuntur esse libera: Vcrall. decis. 139. num. 2. part. 2. Mantica decis. 358. num. 3. ac Simplicia, Gregor. 11. decis. 175. num. 3. nisi ex statuto, consuetudine, vel privilegio contrarium caveatur. Rota decis. 375. sub num. 2. part. 2. recent. Ruben. in praxi Rota part. 2. verb. Beneficium. §. 3. Barbof. d. loc. num. 42.

5 Probatur contrarium vel quia in fundatione ita reperitur verbum, vel quia præsumuntur esse regularia ex annorum quadraginta cursu, quo per Regulares eis pacificè fuit deservitum. Navar. cons. 31. de prebend. à num. 1. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. qu. 69. art. 1. in princ. secundum requisitum. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 7. in princ. & num. 8. cum seqq. Zerola d. verbo Beneficium. part. 2. num. 11.

6 Et sic beneficia quæ per quadraginta annos consueta sunt regere Viros Regulares dicuntur Regularia: Rebuff. de nominat. qu. 15. num. 23. & in praxi benefic. tit. regularia beneficia. num. 1. Gonzal. d. Gloss. num. 31. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. disp. 9. qu. 6. num. 6. Lasser. de benefic. lib. 3. qu. 8. num. 180. & è converso beneficium regulare obsecratum per quadraginta annos, & ultra per sæculares efficitur secularis.

Corvin
De Pers
et Benefic

G

Felin. in c. in nostra. 43. de rescript. Grassis. decis. 8. num. 3. de restitut. Mascard. d. concl. 171. num. 2. 10. & 20. Antonin. var. resolut. lib. 1. ref. 20. num. 5. Sanch. in prac. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 17.

Tempus enim quadraginta annorum requiritur ad præscribendum Beneficii statum. *Ancharan. in d. c. cum de beneficio. in princ. & ibi Franch. num. 5. Staphil. de formis expectantib. §. octava forma. num. 4. & ad imprimendum novum statum regularitatis. Barbof. d. loc. num. 46.*

Potest tamen Beneficium regulare, & Regularibus professis in titulum dari solitum, etiam Clerico conferri sæculari; modo is quoque emittat professionem: *c. cum caussam. 27. c. officii. 38. de elect. & ibi Abb. num. 5. Idque non à Papaduntaxat, sed & ab aliis Ordinariis Collatoribus: juxta declarat. Cardinal. die 12. Decemb. 1585. juxt. Concilii Trident. cap. 10. sess. 14. de reform. quam referunt. Gonzal. ad d. reg. Gloss. 8. num. 78. Piafec. in prac. Episc. part. 2. cap. 5. artic. 3. num. 27. Campan. in diversor. jur. Canon. rubr. 13. cap. 7. num. 16. Garc. d. part. 7. cap. 10. num. 10. Rota decis. 463. num. 1. Excipiuntur, juxta eandem declarationem, Abbatia & Beneficia administrationem habentia, quæ non nisi professis, secundum Canones, per inferiores Ordinarios conferri possunt. *fac. c. cum in magistrum. de elect. Piafec. aliq. d. Dd. dd. locis.**

Similiter Regularis quoque præficitur Ecclesie Sæculari, causa necessitatis id exigente, deque consensu Superioris. *c. inter quatuor. de sig. domib. Clem. 1. junct. Gloss. verb. sæcularis. de elect. Abb. in c. 1. de capell. Monachor. Gonzal. ad d. reg. d. Gloss. num. 43. Garc. d. p. cap. 10. num. 16.*

Non tamen licet Regularibus, etiam de scientia sui Superioris, absque dispensatione Summi Pontificis, curatum obtinere beneficium, etiam ad tempus. *juxt. declarat. Cardin. quam refert. Gonzal. ad d. reg. Gloss. 7. num. 25. Piaf. d. loc. num. 30.*

Præsumitur etiam Beneficium Regulare, si Capella sit erecta in monasterio, per Regularem regi solito. Aliàs si per Sæcularem: tum etiam sæculare. *Gonzal. d. loc. num. 1.*

Sæcularia Beneficia obtinere dicuntur, primò; omnes dignitates, tum majores, quàm minores habentes; *Gloss. 1. in reg. c. de reg. jur. in 6. Barbof. in praxi. tit. sæculare beneficium. num. 4. cum seqq. Gloss. in Clem.*

[F] Auditor.

ius
bonis
Ecclesiarum
IV.

Auditor. de rescript. Barbof. d. loco num. 53. & 54. ut Pontifices, Dd. de c. 1. de maledic. Selva de benefic. part. 1. qu. 2. num. 8. Martia de Juris d. p. 2. cap. 39. num. 1. Barb. d. loc. num. 47. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, c. falsus. §. quod si quis. de penis. in 6. Selva d. loco num. 14. & 17. vide Barbof. d. loc. num. 49. Cardinales, Selva d. loc. num. 3. Petr. Gregor. de benef. cap. 10. num. 3. In Ecclesiis Cathedralibus, Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, Thesaurarii, Cantores, Praeceptores, Praepositi, Scholarum Magistri, Priores, Canonici; Extra Ecclesias Cathedralium, Priores; c. ult. de major. & obed. Gloss. in Clem. 2. de rescript. de Abbates saeculares; c. ex transmissa. de renuntiat. Plebani; Deinde Parochi, Rectores, Extr. Execrabilis. vers. quantum. de pr. bend. c. ult. Vicarii perpetui, Petr. Gregor. syntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 24. Commendatarii perpetui, Garc. de benef. part. 5. cap. 14. num. 48. Petr. Gregor. d. lib. cap. 38. num. 1. Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum Canonici praebendati, Abb. Felin. Ripa in c. cum M. num. 26. de consuet. Barbof. tract. de Canon. & dignit. cap. 12. Capellani perpetui, Gloss. in Clem. 2. de decim. Rebuff. d. tit. saeculare beneficium quoduplex. num. 14. Petr. Greg. d. lib. cap. 29. Praestimoniales perpetui, c. ult. de concess. praebend. c. 6. Concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 9. Hojed. de incompatib. benef. part. 2. cap. 8. num. 8. Hospitalium Rectores perpetui. Garc. de benef. part. 1. cap. 4. num. 4. Fabric. de re benef. tit. de Xenodochiis & c. num. 16.

IO Regularia Beneficia obtinere dicuntur, possidentes illa, quae ex institutione, dotatione, aut Ordinarii seu Superioris institutione, vel facta ex praescriptione Regularibus tantum conferuntur. Dd. in c. 1. de cap. Monach. & c. cum de beneficio. 5. & c. cum in singula. 82. de praebend. c. 6. Garc. d. tract. d. part. 1. cap. 6. num. 13. Rebuff. in praxi. tit. regularia beneficia. a num. 1. Tamburin. d. tract. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 9. qu. 3. num. 1. Sanchez. in praecepta Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 29. a num. 1.

II Beneficium ergo Regulare fit duplici modo; Primo, quando in ejus fundatione, per Episcopum, non Abbatem, nisi jurisdictionem habent quasi Episcopalem; Sanch. d. cap. 29. num. 14. post Denis. de Franc. in d. c. cum de beneficio. num. 9. Hieron. Roderic. in compend. quest. regular. resolut. 15. num. 27. statuitur, id per Regulares admittendum. Domin. & Franc. d. loc. Rebuff. in praxi. in proem. tit. quae regularia

Corvin
De Pers
et Benefic

G

32

fit beneficium. num. 5. & in concord. tit. de collation. §. volumus. verb. regularia. Hojed. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. ult. num. 9. Altero, quando beneficium tempore ad legitimam præscriptionem sufficienti ab uno vel pluribus regularibus institutis in eo Rectoribus pacificè & continuo est gubernatum, etiam si antea vel post in eo ministraverint aliquando sæculares, ut & jam supra diximus.

Ut beneficium regulare, vel sæculare, naturam mutet, requiruntur 12 sex; Sanch. d. cap. 29. ex num. 15. Hieron. Roder. d. tract. resol. 16. num. 28. Nempe; 1. Ut tempore ad legitimam præscriptionem jure definito (puta quadraginta annis; ut dictum) administratum sit per sæculares, ut fiat sæculare; vel per regulares, ut fiat regulare; 2. Ut possidentes id beneficium, sint in eo instituti. Hojed. in d. cap. ult. num. 92. Sanch. d. cap. 29. num. 21. Hieron. Roderic. d. num. 28. vers. secunda. 3. Ut tanquam Rectores, non Vicarii, vel conductarii Clerici ministraverint: Tamburin. d. tom. 3. disp. 9. qu. 3. num. 6. 4. Ut Administretur beneficium à Regularibus tanquam regulare, ad hoc, ut transeat in regulare: Sanch. ibid. num. 23. Roderic. d. num. 28. vers. quarta. Tamburin. d. qu. 3. num. 7. secus si gubernantes tanquam sæculares ad instar Clericorum sæcularium; ut si regularis Ecclesiæ præficiatur Curatæ; vel si beneficium regulare sæculari, vel sæculare regulari conferatur ex dispensatione, etsi possideatur per tempus quadragenarium: Selva de benef. part. 53. qu. 11. num. 125. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 26. qu. 3. vers. & animadvertendum. 5. Ut conferens, animo & intentione conferat imprimendi beneficio statum illum quem exprimit: Sanch. d. loco. num. 25. Roderic. d. num. 27. vers. quinta. 6. Ut adsit in possidente bona fides. Sanch. d. loco. num. 26. Roderic. d. num. 28. vers. sexta. Barbosa d. lib. & cap. jur. Eccles. univ. à num. 68.

Nomina Beneficiorum Regularium sex ut plurimum traduntur à 13 Doctores; Nempe; 1. Abbatia regularis: de quas in c. quanto. de of. sic. Ordin. c. cum ad monasterium. de statu Monach. 2. Prioratus Conventualis: Clem. 2. de rescript. 3. Prioratus Claustralis: d. c. cum ad monasterium. & Clem. ne in agro. cod. 4. Prioratus Regularis: 5. Capellanæ fundatæ in Monasterio Regularium: Rebuff. d. tr. in præm. tit. quatuorplex sit beneficium. num. 6. Sanch. d. cap. 29. num. 27. 6. Monacha-

[F] 2

mus
sonis
Ecclesiæ
IV.

nachatus. post Gloss. verbo beneficiis. in princ. in Clem. 2. de iudic. Secus
d. tr. part. 1. q. 2. num. 76. Rebuff. d. tit. regularia beneficia. num. 20.
Barbosa d. loc. num. 69.

14 Regulariter Sæcularia Beneficia Sæcularibus, & Regularia Regu-
laribus conferri debent. c. cum ad nostram. 37. c. officii. 38. de elect. d. i.
cum de beneficio. 5. de præbend. in 6. Concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 10.
Nisi Papa dispenset. Barbos. d. loco. num. 76.

15 Beneficiis enim dictis addi potest tertium genus Beneficii quod
tra præscriptionem qualitatis, à persona alterius qualitatis, quam Bene-
ficii exigit natura, possidetur, sed sine natura beneficii præiudicio, à
per dispensationem, eo commendato olim ad tempus certum, per hoc
certa hodie, ut plerunque quamdiu Commendatarius vivit. Quod
Beneficium commendatum *Commendam* vocant: ut si beneficium re-
gulare conferat Papa sæculari nomine commendat: nam id eo nomi-
natur beneficii natura, nec fit id eo sæculare. vid. can. qui plures. 21. q.
1. c. nemo deinceps. de elect. in 6. ubi Gloss. ad verb. commenda.

TITULUS X.

De Beneficiis Collegiatis & Simplicibus

SUMMARI A.

1. Collegiata Beneficia qua. 3. Que inter Illa differre
2. Que Non Collegiata. tia.

Collegiata Beneficia sunt, in quibus tres vel plures simul per
superiorem, probandi auctoritatem habentem, fac. d. 1. de iur. b.
patris. 20. ff. de colleg. illic. instituntur, ut cultui interserviam
vino, faciant corpus, habeantque commune & unum Colle-
gii sigillum, c. significavit de appell. Syndicum arcamque communem.
I. S. quibus. ff. quod cuiusq. univers. nom. c. dilecta. de excess. Pralat. com-
mune refectorium, dormitorium: Guid. Papa. decis. 158. not. in d. c.
dilecta. c. à nobis. de iure patronat.

Corvi
De Per
er Benef

G

32

Quæ tamen non semper simul desiderantur. *secund. Francisc. de Zabarellis in d. c. dilecta. & c. hi qui. de etate & qualib. ordinand.*

Beneficia non Collegiata & Simplicia dicuntur Ecclesiæ; sunt, in quibus prædicta non sunt; & quibus Clerici non sunt facientes corpus unum, quamvis ex illis qui in eis sunt, alii subiciantur aliis: Quod in omnibus ferè Ecclesiis habet locum; maxime animarum curam habentibus: in quibus vix esse potest Presbyter seu Sacerdos sine uno vel duobus Clericis, qui secum psallant & in altari admittunt, filiosque Patre cianorum erudiant. c. ut quisq. de vita & honest. Clericor. Quæ tamen Collegium non faciunt: quia in Collegio faciendi forma exigitur & Superioris licentia. d. l. 1. ff. de colleg. illic. d. lic. §. quibus. ff. quod cuiusq. univers. Nec id constituit personarum numerus; cum in eo constituendo sufficiant tres: c. 1. de elect. l. Neratius. 85. §. de verbor. signific. de ius collegii retineri possit per unum. d. l. 1. §. sicut. ff. quod cuiusq. univers.

Interest valde inter ista Beneficia, potissimum in Jure patronatus, quod non in Collegiatis perinde liberum, ac in Simplicibus Beneficiis. *c. nobis. de jure patronat. & in aliis quæ ex dictis & dicendis colligi possunt.*

Porrò Ecclesiæ Collegiata regularium personarum dicuntur. *Conventuales, d. c. nobis. cenobia: alia Capitula. Panorm. in c. edoceri. & c. capitulum. de rescript. Omnis Ecclesiæ Cathedralis est Collegiata: quia Episcopus caput, membra, & consilium ejus capitulum; quod deest in institutione & destitutione Clericorum adhibere secum. cap. not. 4. c. quanto. 5. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit. Cardin. in Clement. in ii. coll. 3. & 2. qu. de etate & qualib. ord. quanquam omnes Ecclesiæ Collegiatae Cathedrales non sint. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 3. num. 14. & 15.*

TITULUS XI.

De Beneficiis Collativis & Electivis.

SUMMARIUM.

1. Beneficia Collativa quæ. 2. Quæ Electiva.

[F] 3

3. An

TITULUS
XII
DE BENEFICIIS
ECCLESIAE
IV.

3. An in Mandatis de
 providendo faciendis
 Electionis mentio expri-
 se.
 5. An in Mandatis de
 providendo faciendis
 Electionis mentio expri-
 se.
 6. Cur non.

Beneficia Collativa sunt, quæ collatione, aut alio quam electionis modo obtinentur.

Electiva, quibus providetur per Electionem à Superiore confirmandam, potissimum quando in Electione fertur forma c. quia propter. de elect. *Rotadecif. 1. de electione in antiqua Glossa in Clem. quia contingit. §. ut autem. verbo Electionem. de religiof. dom. quam ibi sequitur Cardin. & in Clem. 1. de prebend. qu. 4. Franc. d. c. cum in illis. §. 1. num. 3. de prebend. in 6. Felin. in c. in nostra de religiof. dom.*

Nontamen precise, ut vult Corrafius de benefic. 2. parte cap. 1. num. 12. cum Cosmo in pragmat. sanctione, tit. de electione. c. sicut. §. & cum de mana. & c. licet. §. statuit. Si aphilo de literis gratie. tit. de modo & forma impetr. §. de qualitate dignit. num. 1.

Servanda enim quidem ea forma in electionibus eorum Prelatorum, per quorum mortem remanet Ecclesia viduata & sine Pastore ut Episcoporum, Abbatum, & Ecclesiarum Collegiarum Prelatorum; d. c. quia propter. in verb. Ecclesia viduata. & ibi Gloss. & Abbas num. 70. Garcias d. tr. de benef. part. 1. cap. 6. num. 19. sed non in aliarum Dignitatum seu Beneficiorum. Utpote in quibus sufficit Capitalium consensus præstitus collegialiter in Capitulo ipso; omnium aut saltem majoris partis. Abbas d. loc. num. 9. Cosmas d. loco. Nisi consuetudo sit in contrarium: Garcias. d. loco, num. 20.

Dixi per Electionem à Superiore confirmandam; Quia Beneficia quæ quidem providentur per Electionem, sed confirmatione non egest Superioris, non Electiva sunt, sed potius Collativa, aut mixta; caput Electio Provisto appellatur. *Gloss. in d. Clem. quia contingit. §. autem. verbo. electionem. de religiof. dom. & ibi Cardin. Franc. d. loco. Felin. d. loco. Selva de benef. part. 3. qu. 1. num. 4. Duaren. de Sacris minist. lib. 1. cap. 1.*

Corvin
 De Per
 er Benefic

G

32

cap. 1. Garc. d. loco, num. 23. Rebuff. in procem. concordat. §. 1. vers. mix-
ta in praxi. tit. de electione. num. 4. Duaren. d. loco. Corras. de benef. part. 1.
can. 5. num. 9.

Ut in mandatis de providendo veniant Beneficia Electiva, non est
necessè, ut volunt, Dd. per. c. cum in illis. §. illis. de præbend. in 6. & Clem.
1. ord. in fine. Decius in c. 1. num. 4. de electione. Corras. d. cap. 5. num. 8.
Gubar. de officio Legati. lib. 3. num. 114. Parisf. conf. 31. part. 4. num. 21.
Duaren. d. lib. 5. cap. 1. ad fin. fieri Electionis mentionem expressè; sed
sufficit simpliciter mandari provideri de beneficio. Gloss. in d. Clem. 1.
vers. fin. & ibi Imola. Abbas. Cardin. qu. 5. & conf. 103. Archidiacon. Jo-
an. Andr. Domin. num. 8. Franc. num. 2. in d. §. illis. Felin. in d. c. in no-
stra. & in c. sedes. num. 30. Rebuff. de pacifico possess. num. 31. Nec ad-
vertantur d. c. cum in illis. 17. §. illis. & d. Clem. 1. in fin. Locum enim
tantum habent, cum alii providendi exprimuntur. Dd. can. teste. Franc.
ord. c. cum in illis. §. illis. in princ.

Nam licet vox provisio, & vox dispositio latè sumpta in materia favo-
rabili, omnem providendi modum, & sic & electionem comprehendat;
Gloss. in Clem. fin. verb. provisioni. de electione. & in Clem. 1. verb. dispositio-
nem. de suppl. neglig. Pralat. Domin. in d. §. illis. num. 6. & 7. Siaphil. de
modis provisiois. num. 14. Rebuff. in concordat. tit. de collar. §. prefatiq;
ordinarii. verb. provisionem. Ut & vox Collatio, comprehendat alios
modos; Rebuff. in praxi. tit. de dispensat. rat. atat. verb. conferantur. &
decolat. num. 70. Mandos. reg. 34. qu. 4. num. 2. tamen in materia odiosa
& restringibili, ut est mandatum de providendo, tanquam ambitiosum;
hoc non procedit. ut in d. c. cum in illis. 17. §. in illis. cum seq. & d. Clem.
1. vers. fin. Dominic. & Franc. num. 6. & 7. in d. §. in illis. Abbas in d.
Clement. fin. de electione. num. 1. Cardin. d. Clem. 1. de suppl. neglig. Pre-
lator. num. 2. Rebuff. d. loco. Garcias d. loco. num. 31. cum seqq. Caputa-
paul. decis. 36. part. 3. Gonzal. ad reg. Cancell. triennial. Gloss. 16. num. 9.

ius
omnis
ecclesiarum
IV.

SUMMARIA

TITU-

TITULUS XII.

De Beneficiis Patronatis, & non
Patronatis.

SUMMARI A.

1. Beneficia Patronata qua. 2. Quae non.

Beneficia Patronata dicuntur, quae ad idoneam personam presentationem per patronum, fundatorem videlicet, vel datatorem, vel eorum heredes, Episcopi conferunt, in fine presentatione facta presentati per Patronum Laicum aut Clericum.

Quippe sine presentatione non fit institutio; nisi in mora presentandi fuerit patronus Laicus per menses quatuor, Clericus per menses sex. c. 1. §. fin. de jure patron. in 6. c. 3. §. fin. c. eamte. c. si vero. eod. de de supplend. negl. Pralat.

Juri presentandi Patroni non censetur Papa derogare, per gratiam de beneficio conferendo emissam. c. cum in illis. 17. §. in illis de prebend. in 6.

Beneficia non patronata collationi relinquuntur liberae, sine presentatione aliqua cujusquam Patroni. Petr. Gregor. in legum rer. Benef. cap. 10. num. 16.

TITULUS XIII.

De Beneficiis habentibus Dignitatem
Personatum aut Officium.

SUMMARI A.

1. Quae Beneficia habeant Dignitatem. 2. Dignitas quid.

- 3. *Quæ Beneficia habeant Personatum.*
- 4. *Personatus quid.*
- 5. *Quæ Beneficia habeant Officium.*
- 6. *Dicta Beneficia; aliquando confunduntur.*
- 7. *In Belgio Personatus inter Beneficia Simplicia censentur.*

Dignitatem habent, quæ præminentiam seu administrationem rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione. *Gloss. & Archidiacon. in c. 1. de consuet. Ut Præpositura, c. quamvis. 9. de verb. signif. car. Salvator. 1. qu. 3. c. 1. de atate & qualitat. d. c. constitutus. 2. de appellat. c. ex parte. de Cleric. non resid. c. ex ore. de his que sunt à Præl. sine consensu Capit. Prælaturæ; ut Episcopatus & Abbatia: c. 2. de judic. tit. de Regia ad Prælaturas nomination. in Concordat. Gall. c. ne pro defectu. c. nihil. de election. c. ubi periculum. §. & ne. eod. in 6. Prioratus perpetui: Clem. 1. de suppl. neglig. Prælaturæ. Decanatus, Archidiaconatus, Præcentoria: Ciron. in par. Chabot. in select. Vallen. in par. ad tit. de præbend. & dignit.*

Et dignitas nihil aliud est quam hujusmodi præminentia & administratione. 2

Personatum habent, quæ præminentiam Sedis & aliorum, sine Jurisdictione; verbi gratia, honorificum locum in choro, processionibus, suffragiis: ut Cantoria, Thesauraria, Poenitentaria, & similia. *de adm. in 2. de elect. Collectan. ad c. de multa. de præbend. Archidiacon. ad d. c. 1. de Consuet.*

Et *Personatus* dicitur hujusmodi præminentia. *Vallen. d. loco. §. 4. num. 9.*

Officium habent, quæ administrationem rerum Ecclesiasticarum, sine Jurisdictione, præminentia atque honore; ut Sacristaria Custodia: c. 1. de offic. Sacrist. Cellaria, Cameraria, Vestiaria, Eleemosynaria; & similia, in quibus aliquid fieri debet. *Gloss. in d. c. 1. de consuet. voce administrationis.* Officium enim ab officiendo est dictum, & est quod quisque facere debet, locorum, temporum, personarum ratione observata.

[G]

Admi-

ius
omnis
ecclesiasticus
IV.

Administratio tamen & generalia nomine, comprehendit probatus & alia beneficia. *Clem. 1. & ibi Cardin. qu. 6. de rescript. c. 2. de iur. & qual. ord. in C.*

6 Carterum licet hæc tria, *Dignitas, Personatus & Officium*, Jur Canonum subinde ita distinguantur, id tamen non est perpetuum; verum interdum eodem in jure pro uno & eodem accipiuntur; ut primiceriatus pro dignitate, personatu & officio; *inc. cum accessissent. 3. de constitut. Ideoque erit tutius quoad eorum nominum vim cuiusque Ecclesie spectare consuetudinem; Petrus Gregor. de re benef. tit. cap. 1. num. 18. & in Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 3. num. 17. sicut beneficium illud censetur habere dignitatem, vel esse dignitas, quod ex consuetudine pro tali habetur; maximè quando in creatione illius non reperitur assignata Beneficio dignitas. Gloss. ad Extrav. execrabilis. verbo personatus. de præbend. Vallens. d. loco, num. 7.*

7 Hodie de consuetudine Belgii plerique personatus inter Beneficia Simplicia censentur; adeo ut etiam minoribus ætate conferantur. *Ep. p. in Anal. Jur. Pontif. Noviss. tit. de Cleric. non resident. num. 5.*

TITULUS XIV.

De Beneficiis Nominatis & Innominatis

SUMMARI A.

1. Beneficia Nominata 2. Quæ Innominata
qua. 3. Quæ iis annuereuntur.

Beneficia Nominata, sunt ea quæ ultra generalem beneficium appellationem proprio intelliguntur nomine: ut Pontificatus Summus, Patriarchatus, Primatias, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primiceriatus, Curia seu Vicaria perpetua, *c. de multa. de præbend. c. extirpanda qui. Super verò. eod. c. postulasti. de rescript. seu parochia, tit. de parochiis. Recto*

Corvi
De Pers
er Benef

G

32

ria, cap. fin. de prebend. Plebania, c. fin. Ne Cleric. vel Monachi. sec. ne-
gat. se immisc. succursus seu auxiliatrices vel addita Ecclesie Matrici; c.
ad audientiam. de Eccles. edific. Item Monachus in Ecclesia Collegia-
ta; Gloss. ad c. 2. de judic. in Clem. Panorm. ad c. ex parte. de rescript. Præ-
bendæ, quando portiones præbendales sunt divisæ & certæ. c. ex parte.
de concess. præbend. Canonicatus, sed non ubique. Gloss. ad d. Clem. 2. de
Judic.

Innominata Beneficia dicuntur, quæ tantum generali nomine be-
neficii significantur, vel canoniæ, vel præbendæ. *can. ex multis. §. con-*
stitutum. l. qu. 3.

Inter ea numerantur & ea, quæ possident *Affissi* seu *Affidui* dicti in
Ecclesiis; *c. pen. de Cleric. non resident.* & qui in minoribus ordinibus
constituti vocantur *Tituli*; *c. 2. de præbend. & Coadjutoria. c. grandi.*
de suppl. negl. Prælat. in 6.

Vidimus de Beneficiis *Propriis*; Videamus de *Impropriis*.

TITULUS XV.

De Beneficiis Impropriis.

SUMMARI A.

1. *Beneficia Impropria* 3. *An veniant in materia*
odiosa beneficii appella-
tionē.
2. *Enumerantur.*

Beneficia Impropria sunt, quæ quandam affinitatem & simili-
tudinem habent cum *Propriis* & *Veris*; & tamen cum ho-
rum non habeant notas, non sunt.

Qualia sunt: I. *Coadjutoria*, non habentes subrogatio-
nem in locum Coadjuti: *c. de Rectoribus. cum seqq. de Clerico agrot. &*
tot. caus. 7. qu. 1. II. *Feuda Ecclesiastica*: §. I. *tit. in quib. caus. feud.*
amitt. & tit. Qua sit prima caus. Benef. amitt. III. *Patrimonia Cleri-*
corum, quæ pro Beneficiis supponuntur, & *Ordinandi* dicuntur *Tituli*:

[G] 2 c. suis

Titulus
Beneficiis
Impropris
IV.

e. tuis questionibus. c. Episcopus. de prebend. IV. Pensiones super Beneficiis: c. quamvis plenissima. 4. eod. in 6. c. ad audientiam. in 2. de rescript. V. Religiosa domus: Clem. quia contingit. de religiof. domib. Clem. per literar. 2. & ibi Gloss. de prebend. VI. Operaria; seu Officia curati Ecclesie fabricam: Dec. inc. de finimus. num. II. de judic. VII. Prestitimonia: Joan. Andr. in c. un. d. rer. permut. in 6. Oldrad. consil. 8. & 140. Dominic. conf. 89. Gomes ad Reg. Cancell. de publicand. resignat. qu. 2. in fin. II X. Capellanix: can. Apostolica. 8. qu. I. Gonzalez. ad res. Cancell. 5. Gloss. num. 5. Perez. de Lara de annivers. & Capellan. lib. 2. cap. I. num. 59. IX. Præceptorix dictæ Sacrorum Militum Commendæ: Barbata ad Clem. causam. col. 51. de elect. X. Beneficia Manualia: un. de Capell. Monach. in 6. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu Monachor. c. I. §. fin. de privileg. junct. cum præcepta. dist. 55. XI. Beneficiorum Commendæ: c. nemo deinceps. de elect. in 6. Rotadecis. 244. XII. Beneficia quæ jure Regaliæ dantur: Molinæus ad regul. de infirm. remittant. num. 186. XIII. Quæ Assignata pro labore: c. pen. de prebend. c. I. c. quia nonnulli de magistr. c. cum Martinus. de consitut. c. un. de Synod. can. possessiones. & can. fin. 16. qu. I. XIV. Vicariatus & Officia Ecclesiastica non collata in titulum: ut conventualia, elemosinaria, cellaria, sacristix, Gloss. in d. c. II. §. ad hæc. verb. officiis. de statu Monach. custodia; c. I. de offic. Custod. c. I. de officio Sacristæ. thesauraria. & similia.

- 3 In materia odiosa hæc appellatione Beneficii non veniunt. In aliquando nequidem præbendæ, Barbosa post alios tract. de appellat. com. utriusq. Juris significat. appellat. 32. num. 51. nec Officia aut Dignitates Idem Ibid. num. 10. nec Curata, Gigas de Pension. qu. 28. num. 9. Pico Gregor. tract. de Benefic. cap. 6. num. 4. Barbosa Jur. Eccles. Unver. lib. 4. cap. 4. num. 87.